

J. M. Stale L. S. 1711
25

1. Sa
2. Jo
3. E
4. Jo
5. Ge
6. Jo
7. Jo
8. Jo
9. Jo
10. Jo
11. Jo
12. Jo
13. Jo
14. Jo
15. Jo
16. Jo
17. Jo
18. Jo
19. Jo
20. Jo
21. Jo
22. Jo
23. Jo
24. Jo
25. Jo
26. Jo
27. Jo
28. Jo
29. Jo
30. Jo
31. Jo



1. Sam: Struckii de Jure *arab. & philov.*
2. Joh: Joach: Schöyfferi de alimentis et dote filiarum nobilium.
3. Ernest: Fried: Schroederi de alienatione in mutuo contra Submestru.
4. Joh: Andr: Röderi de prohibita rerum ecclesiasticarum alienatione.
5. Georg: Adam: Struven Autodidacton *Dr. & Lib. Phil.*
6. Joh: Fried: Rhetii de Autoritate Juris Canonici inter Augustana *cofessio,*
nis Consortes
7. Joh: Francisci Bornii de Praesio mortalibus.
8. Joh: Georg: Simonis de Cestatione.
9. N. Aldarici Hempe de Civitatibus Hanseaticis.
10. Joh: Bernk: Frisii de Colore *et*
11. Sam: Struckii de Collatione *accidentium.*
12. Joach: Hoppii de Compensatione Fractuum cum *impenfis.*
13. Sam: Struckii de Concursu sponsaliorum.
14. Christoph: Phil: Richter de Desertione *litis civilis.*
15. Petri Müller de Dignitate *efficiata.*
16. Joh: Georg: Simonis de Doctoribus *bullatis.*
17. Christoph: Phil: Richter de Exceptionibus.
18. Petri Müller de Executione *inpossibilitatis ex afflictione orta.*
19. Joh: Phil: Nevothi de Executione *in bona Feudalia.*
20. Joh: Theodori Hinnebrechtii de *Retoria.*
21. Petri Schulten de *Stad. o. Gratiae.*
22. Henrici Balthasaris Rothii *Jura Fideiussoris.*
23. Joh: Georg: Simonis de *oculata fide.*
24. Sam: Struckii de *Foris Germania singularibus.*
25. Mattia: Remi *Forum Patrie.*
26. Sam: Struckii de *Inmunitate à scriptis feudalibus.*
27. Joh: Sibthardi de *intercessione mulieris p. marito.*
28. Petri Schulten de *Institura abusiva.*
29. Joh: Georg: Simonis de *Iustitia hominis circa sua membra.*
30. Sam: Christoph: Wessm *tractum electricum.*
31. Joh: Georg: Simonis de *obligatione q. ex dominio otih.*

32. Sam: Strypkii De suspensione ab officio.
33. J. L. Deck. de Gualis.
34. Joach. Deckeri de non numerata pecunia.
35. Petri Schulzer de Donatione principis.
36. Joh: Joach: Schoepferi de Jure Principis circa Adespecta.
37. D. Zuchardi Bardili de Retentione ejusq in Jure effectibq.
38. Petri Mulleri de Revisione Jurium extrinsecorum.
39. Sam: Strypkii de Salute publica.
40. Christiani Schroeteri de Jure Juris Critica.
41. Petri Mulleri de Jure Solide.
42. Sam: Strypkii de Successione Prætorum hodie in necessitate.
43. Joili Hieron: Bruneri de Apertura testamentorum.
44. Henrici Coccyi de Clausulis testamentorum.
45. Christ: Thomasi de primis initiis successione testamentaria apud Romanos.
46. Sam: Strypkii de Testamento in Jure confecto.
47. Christ: Wildvogeli de Testamento Legati.
48. Sini: Christophori Asini de Examine Testium ad perpetuam rei memoriam.
49. Christiani Wildvogeli de Testibq non rogatis.
50. Eustem de ultima voluntate testatoris non servanda.
51. Joh: Christoph: Donat: de Virginitate Juris.
52. Joh: Joach: Schoepferi de Jure Virginitatis privilegii.
53. Sam: Strypkii de non usu Juris quæsiti.
54. Henrici Balthasaris Roth: de Usu Fructu.

2. D. B. V!
INAUGURALIS
DE FELONIA,

Germanis

Ein Schelmenstück.

CVM ANNEXA THESI GENERALI,
DISPUTATIO,

QVAM

D. T. O. M.

Auxiliante ac presidente

EX DECRETO ET AUTHORITY

MAGNIFICI, NOBILISSIMI,
AMPLISSIMIQUE JURISCONSULTORUM
ORDINIS IN CELEBERRIMA ARGEN-
TORATENSIVM UNIVER-
SITATE,

*Pro summis in utroq; Jure Honoribus ac Privilegiis
Doctoralibus ritè legitimeq; consequendis.*

publicè examinandam proponit

JOHANNES THEODORUS HIMMELREICH,
è Westphalis Dortmundanus.


Ad diem Octobr. horis locog; consuetis.

ARGENTORATI,

Typis FRIDERICI SPOOR.

ANNO M. DC. LXI. ✓

Zo



V I R O
ET MAGNIFICO, ET NOBILISSIMO,
ET AMPLISSIMO, ET CONSULTISSIMO

DNO. IOHANNI HVBERTO

J. U. Doctore celeberrimo, Advocatoq; Pa-
triae eminentissimo, nec non Illustriss. Comit.
in Tecklenburg & Limburg &c. Con-
siliario intimo.

Patrono, Fautori aetatem
venerando honorando,

Disputationem hanc inauguralem

officiosè A. & I.

AUTHOR.



Cum DEO!

THESIS I.



Reliterariæ dignitatis (fateor) esset, ut nihil nisi primitus ab ingenio excultum, ab industriâ elaboratum, denique profuturum publico in publicum prodiret; Atquin ut seculi hujus mores sunt, nunquam impetrabitur, aded hic morbus invasit atq; invaluit, ut cum ratione insaniat, qui eum persanare postulet.

Plurimi enim vel ex innumeris autoribus, ad instar apium, quod optimum est, eligendo, vel etiam ad compendium trahendo, aliam orationis formam, alium stylum alienis adaptando, quæcumque ab aliis inventa proponunt, & sibi vindicant; quia magis fortè polita, quàm antea apparent; Vel sententias acutissimè variorum examinando, & ad rationis trutinam expendendo suam promunt opinionem: quodque ab aliis non dictum, non declaratum detrahendo vel addendo emendant, atque sic suum faciunt. Et hoc non minores Valvasores imitantur. Atque ea propter & Ego non exoticam, nunquam inventam, thema pro disputatione Inaugurali cum aliquod evolvendum sit, majoris partis vexillum secutus; non tamen per causas, ut stylus communis est, quia methodus hæc in hac materia non placuit; Sed & penè omnibus notam, & utilissimam, & in practica frequentissimam publicæ & eruditorum disquisitioni submittere volui. Quod dum facio, Te, feloniæ Vindex, supplex veneror, sensum communem quem dedisti, continues, loquendi gratiam copiosam in disputationis campo dones, & in omnibus Spiritu tuo clementer adstas. Tibique, Lector benevole, quisquis es, si malevolus, haut te curo, assertis adde, opem non tacebo, præviâ

A

stipula-

2.
stipulatione & promitto & dico, quæ de feloniam hinc discepto, non
judicare me sed in Cathedra disserere; interim dicturum senten-
tiam, cui vel textus feudalis, aut in subsidium civilis, arg. C. Ober-
2. F. 1. vel autoritas summi alicujus Feudistæ adhærebit.

II. Vocabulum Felonia undè derivetur, inter Feudistas
haud convenit. Rittersbus. *in part. jur. feud. c. 5. q. 2. in fin.* à ger-
manico verbo *fehlen* vel *fallen* h. e. errare, peccare, vel culpam
committere, deducit. Ex veteribus nonnulli à præterito, *fefel-*
li, dictum putarunt, eò quòd non longè lonus verbi abesse vide-
retur; cum Spigelio barbarum esse dicit Gothofr. Anton. D. II.
th. 1. Cujacius à Græco *φίλωνος* sive *φίλωμα*; Atquin hæcce tanti
non sunt, qui volet, vide sit Dn. Struv. *in syntagm. jur. feud. c. 25.*
aph. 8 Ego propero.

III. Illud tamen noto, feloniam, in jure feudali nonnun-
quam appellari Ingratitudinem, arg. rubr. *Quot test. sunt necess. ad*
prob. feud. ingrati. C. prima. §. 1. 2. F. 24. C. Obertus. 2. F. 23. Machi-
nationem, C. *si Vasallus. 2. F. 57.* Culpam. C. *si capitanei. 1. F. 17.*
C. *sancimus. de feud. sine culp. non amitt. 1. F. 21. C. si de feudo. §. 5.*
vers. feudum. 2. F. 26. C. cum feudum. Culpam un. ex cohar. ceter non
præjud. 2. F. 78. C. sancimus. 1. F. 22. Causam, d. c. *prima a. §. 2. vers.*
sed non est. 2. F. 24. C. si quis. ea. 2. F. 48. Offensionem. C. *quidam. §.*
quæsitum. 2. F. 51. Inhonestum factum, d. C. *si Vasallus. 2. F. 57.* & cetera
passim. Latinis scelus, apud Germanos ein Schetmenstuel Wul-
teij. *de jur. feud. c. 11. n. 17.*

IV. Describi potest, quòd sit facinus, vel factum aliquod
improbum, adversus dominum, ipsius adhærentes, vel exterum
aliquem, vel vice versâ commissum, ad privationem feudi, pro-
prietatisve sufficiens; Georg. Obrecht. *de jur. feud. lib. 4. c. 2. n. 3.*
Joach. Schnöbel. *in exerc. feud. D. 10. th. 6.*

V. Et hæc feloniam versatur vel in committendo, vel in-
mittendo, quæ in committendo posita, aut adversus Seniore
contrahitur, & tunc vel vitam & incolumitatem; vel famam
& existimationem; vel denique ejus res concernit; aut adver-
sus alios, tamen potestati & affectui domini subjectos; aut de-
nique adversus extraneos. Quæ in omittendo consistit, aut vi-
tam & incolumitatem domini, vel res & jura ipsius respicit.

VI. Ad.

VI. Adversus dominum, quæ vitam ipsius concernit, & ad feudi privationem sufficit, committitur, ipsi vel manus violentas inferendo, *C. prima a. §. 2. vers. porrò. 2. F. 24.* vel eum criminaliter accusando, *c. sciendum. §. 1. vers. similiter. 2. F. 33.* Manus violentæ inferuntur, si dominum occiderit, vulneraverit vel alapam illi inflixerit, *Vultej. c. 11. n. 25.* Nec refert, utrum reapse id commiserit, an tantum insidias struxerit, aut manus inferre laboraverit, *arg. C. quidam. §. si voluerit. de Capitan, qui cur. vend. 2. F. 51. C. quia supra. 1. F. 5. Schrad. p. 9. c. 4. n. 48. & 49.* Non solum enim juris naturalis præcepta; alterum lædere prohibentia à tanto scelere vasallum abstrahere debuerunt; Verum etiam sanctissima & peculiaris illa necessitudo, quæ ipsi cum domino intercedit. Hinc dico, si vasallus manum duntaxat contra dominum quasi percussurus, levaverit, non autem percusserit, eum feudo privari, *arg. l. 15. §. 1. ff. de injur. Curt. Jun. de feud. p. 4. n. 34.* Nec stigma falsitatis infringit, quod pœnitentia intervenerit, pœnitentia enim excusat delicto non consummato, quod hîc consummatum est; ideoque ea nihil operabitur, *l. 17. §. 1. D. de Ædil. Edict. l. pen. ff. de vi bon. rapt. l. 65. ff. de furt. Dn. Ludvvell. in Syn. jur. feud. c. 16. p. 412.* Excusandus tamen venit, quando ob defensionem sui occiderit, Nam quod ob tutelam corporis sui, quis facit, jure fecisse existimatur, & omnes leges, omniaque jura vim vi repellere permittunt, & adversus periculum naturalis ratio se defendere permittit, *C. significasti. extr. de homicid. l. 3. ff. de just. & jur. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. 27. D. de vi & vi arm. Treutl. vol. 1. disp. 18. th. 7. lit. B.* Quid si ob defensionem rerum necaverit? Si expletrix justitia respiciatur, non negabo ad res conservandas raptorem, si ita opus sit, interfici posse: Nam quæ inter rem & vitam est inæqualitas, ea favore innocentis & raptoris odio compensatur, *Hugo Grot. de jure b. & p. lib. 2. p. 105.*

VII. Atquin ratione adulterii an idem dicendum? inter Feudistas maxime controvertitur. Nos missâ argumentatione *ex l. 38. §. liberto. D. ad Legem Iul. de adult.* à liberto ad vasallum, vasalli partes an defendi possint, tentabimus; juris enim indubitati est, maritum uxoris suæ adulterum interficientem, pœnâ non puniri ordinariâ, *l. si adulterium. §. Imperator. ff. ad Leg. Iul.*



de adulter. l. divus. §. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. cum difficillimum sit justum dolorem temperare, ut inibi, testatur JCtus Papinianus. Insuper clarum, seniore[m] uxorem fidelis stuprantem contra obligationem reciprocam ex contractu feudi descendente[m] delinquere, Dn. Rittershus. c. 5. q. 8.

VIII. De accusatione textus est expressus in C. sciendum. §. 1. vers. similiter. 2. F. 38. Nec interesse dicimus, utrum ipsemet Vasallus accusaverit; an alium ad accutandum induxerit, l. 1. §. incidit. 13. ff. ad SC. Turpill. l. 5. §. Sunt qui putant. 11, D. de his que ut indign. aufer. Dn. Obrecht. lib. 4. c. 2. n. 21, vel pro alio accusatore fidejusserit Dn. Ludvel. d. c. 16. Vasallus enim neque per se, neque per alium domini sui proditor erit, l. ult. C. de delat. lib. 10. Idem est, si pro aliis contra dominum postulaverit, Treutl. vol. 1. disp. 8. th. 2. lit. G. quia instar teli & lorice oratio habetur forensis, vulneraque propulsat aut infligit, l. advocati. 14. C. de advoc. divers. jud. quod tamen duriusculum ad Treutl. cit. loc. vocat Bachovius, ut inibi videre est. Limitandum tamen id est, ut non procedat, cum injuriam Vasallus à domino sibi illatam retorquet, & se defendit, arg. l. 14. C. de his qui accus. &c. Curt. Jun. de feud. p. 4. n. 67. non enim hoc casu spontè; sed à domino convitiis laceffitus coactè ad accusandum miles descendit; Obrecht. cit. loc. Dein in læsæ Majestatis crimine; quoniam in hujus criminis odium, & liberi parentes sine exhæredationis metu reos faciunt, Nov. 115. c. 3. §. 3. & servi dominos, l. 7. §. 2. ff. ad L. Jul. Maj. l. ult. C. de delat. lib. 10.

IX. Quæ famam & existimationem concernit, perpetratur dominum gravi & inhonestâ injuriâ verbali afficiendo, d. c. prima autem. §. porrò. 2. F. 24. Jacobinus de S. Georg. de feud. in verb. qui quidem investiti. Rosenthal. de feud. c. 10. concl. 21. n. 1. Siquidem & hoc casu jurisjurandi sui fidelis obliviscitur, arg. C. Est & alia. 2. F. 7. Nec limitandum, utrum domino præsentem, vel absentem, verbis aut literis injuria sit illata, utroque enim casu Vasallus feudum amittet, l. 5. §. si quis librum. l. 15. §. ait Prætor §. convitium. ff. de injur. Rosenthal. c. 10. concl. 21. n. 8. convitia, quæ objiuntur vera, an falsa sint, arg. notab. l. 18. ff. de injur. quoniam persona domini sanctior Vasallo erit, quàm ut nulla necessi-

necessitate adductus, ejus vitia & flagitia detegat D. Obrecht. *cit. loc.* Deinde atrox testimonium tam in causa criminali, quam civili contra dominum spontè dicendo, *c. sciendum. §. 1. vers. similiter. 2. F. 33.* Dico spontè; Nam si à iudice ad dicendum contra dominum testimonium citatus, oppositâ hâc exceptione, quod contra dominum sine feudi privatione testimonium dicere non possit, nihilominus ad testificandum cogatur, feudum non amittet, Curt. Jun. *de feud. p. 4. n. 71.* Andr. de Isern. *lib. 2. Tit. 24.* Schrad. *de feud. p. 9. c. 8. n. 3. & c.* hæc de feloniam, quæ vitam & incolumitatem domini, item ipsius famam & existimationem concernit, sequuntur nunc causæ amittendi feudi, quæ res attingunt.

X. Inter quas principem locum sibi vindicat feudi alienatio. *C. Imperialem. 2. F. 55. C. Imperialis. 2. F. 52. C. praterea. 2. F. 42. C. si clientulus. 1. F. 13.* Curt. *p. 4. n. 81.* Dn. Ludvvell. *c. 17. p. 435.* Dn. Struv. *c. 13. aph. 9.* quod alienationis verbum latissimè hic sumo pro omni actu, per quem aliàs dominium transfertur, *l. 1. C. de fund. dot. l. alienationis. 28.* ibique Dd. *ff. de V. S.* Cui consequens, vasallum invito domino feudum vendere; *d. C. Imperialem. pr. vers. habito. 2. F. 55.* Myns. *cent. 6. obs. 30.* (quod tamen limitationem recipit in feudi fructibus, Curt. Jun. *p. 4. n. 106.* Rosenthal. *c. 9. concl. 10. n. 5.* Sicuti enim usufructuarius non ipsum jus personale, *arg. decantata l. 66. ff. de jur. dot.* Sed reale, sive usufructus utilitatem alienare potest, *l. 12. ff. de usufr.* ita & vasallus, possessione retentâ, feudi fructus sine domini consensu quocunq̄ modo alienat) permutare, *l. 1. §. 5. & 6. ff. quand. de pec. act. ann.* Curt. *d. p. 4. n. 101.* donare, *C. Est autem. §. 1. 2. F. 9.* In dotem vel donationem propter nuptias dare, *d. c. est autem. 2. F. 9.* Clar. *§. feudum. q. 36.* Rosenth. *c. 9. concl. 8.* Oppignorare. *C. Imperialem. 2. F. 55. l. ult. C. de reb. alien. non alien.* in solutum dare, *arg. l. 4. ff. de publ. in rem act. l. 46. ff. de usucap. vel in Emphyteu-* sin concedere non posse, *l. pen. ff. Qui satud. cog. l. 1. §. fin. ff. si ag. ve-* stig. i. e. Emphyt. per.

XI. Verùm, ut propter hanc feloniam feudo privetur miles, tria tamen communiter requirunt Feudistæ; 1. ut sciat feudum esse; nam si credat allodium sive rem propriam, benefici-



um non amittet. *c. domino. 2. F. 42. C. si de feudo. §. si vasallus. 2. F. 26.* ignorans enim dominum contemnere non videtur, *l. 50. ff. locat.* maximè cum sit ignorantia facti alieni probabilis, *l. ult. in fin. ff. pro soc.*

XII. De dubitante dubitatur; Negantium castra sequitur Dn. Ludvvel, eò quòd dubitans ignoranti comparetur, & dominum contemnere non dicatur, *l. ult. C. de cond. indeb. l. 22. §. sin autem. C. de furt. l. 2. Quis ord. in bon. poss. &c.* Affirmantibus adhæret Dn. Rittershus. Dn. Struve *d. c. 13.* At prior sententia ut communior, ità verior; neque faceffit negotium, quod dubitans dubitanter respondere debeat, *C. si de feudo. §. 5. vers. Vasallus 2, F. 26.* Resp. negando consequentiam, quoniam dubitans, si simpliciter negativè respondeat, vix dolo carere videtur, si verò alienat, jure suo instar b. f. possessoris utitur; ut & aliàs pro b. f. possessore dubitans habetur. Zang. *de except. p. 3. c. 8. n. 44.*

XIII. Secundò ut fiat sine domini consensu; consentiente enim domino, feudum legitimè alienatur, idque sive ab initio, sive ex post facto consensus intervenerit. Curt. Jun. *p. 4. n. 138.* Dn. Ludvvel, *d. c. 17. p. 437.*

XIV. Ad certam autem speciem alienationis directus, ad aliam speciem non extenditur, proinde de vendendo consensu impetrato, permutare vel hypothecæ dare non licebit, quamvis posterius ex æquitate multi admittant, Schneidevv. Vultej. Quod tamen ego, cum consensus heic strictè interpretandus, arg. decantatæ *l. veteribus ff. de pact.* nullus statuo.

XV. Utrum autem dominus in alienationem vel oppignorationem feudi, additâ clausulâ: Salvo jure sibi in omnem casum competente, (daß der gegebene Consens dem Lehnherren seinen Rechten und Gerechtigkeiten auff alle Fälle unnachtheilig und unverfänglich seyn solle) consentiens, postea Vasallo sine liberis decedente, adeoque feudum ad dominum redeunte, ad onera feudalia consensu ipsius contracta teneatur, controversæ est quæstionis: Et licet multi insertam clausulam dominum ab hoc onere liberum reddere existiment; tamen intentione contractantium, & tenore inspecto, contrarium verius videtur; cum consentiendo creditorem securum dominus facere, non verò

um decipere voluisse intelligendus sit, *arg. l. 13. ff. de min. l. fin. C. de Nov. l. 89. ff. de cond. & demonstr.* & istiusmodi clausula non juri pignoris quid detrahat, quod legitimè & perfectè constituitur, sed solum jus domini directi, quod in feudo ejus consensu oppignorato habet illa sum, domino conservet. *Struv. d. c. 13. & ita Lipsia judicatum esse notat Hartm. Pistor. lib. 2. q. 48.*

XVI. Excipiuntur tamen nonnulli casus, quibus & sine consensu alienatio procedit, ut 1. si ejusmodi consuetudo alicubi vigeat, ut testante *Cujacio lib. 1. T. 2. p. 86. in Gallia frequentatur.* 2. Si alienationi conditio hæcce apposita sit; Si domino placuerit, vel si dominus consenserit &c. cum enim hæc alienatio perfecta non sit; sed conditionalis, fidelem jus domini intervertere voluisse dici non potest. *Dn. Ludvvel, d. c. 13.* 3. Si conditio domini melior reddatur, *Andr. de Isern.* Atquin à multis hæcce merito rejicitur, tum quod domini autoritas nihilominus læsa & contempta videatur; tum quod nec dominus jus suum, licet conditionem ejus meliorem faciat, sine consensu vasalli alienare possit. *et lex corrad. §. ex eadem. 2. F. 34. ut & infra latius dicemus.* Sed inquires, rationem prohibitionis tamen cessare; *arg. c. cum idere. 2. F. 8.* Atquin, licet una cessare videatur, reliquas tamen adhuc durare: Ubi verò unius rei plures causæ sunt, non statim unà cessante, ipsam quoque juris dispositionem cessare. *Everh. in topic. loc. à cessatione rationis. 80. n. 5.* 4. Si feudum in agnatum proximum, qui omnino post mortem alienantis successurus erat, transferatur. *C. investura. §. Sed etiam. 2. F. 3.* 5. Si feudum eâ lege concessum sit, ut ipse & heredes sui foeminae & masculi, & cui dederit, habeant, *C. si de feudo. §. feudum eâ lege. 2. F. 26. C. si quis. 2. F. 48. Curt. Jun. p. 4. n. 141.* Sed & hanc veram exceptionem non esse putat *Dn. Ludvvel.* cum dominus statim in ipsâ feudi concessione alienationi consensisse censeatur, add. *Dn. Rittersh. c. 3. q. 2.* Addunt nonnulli feudum francum, *Curt. Jun. p. 1. q. 8.* quod tamen non approbo.

XVII. Tertio, ut possessio sit translata, nuda enim conventio non sufficit; sed rei traditio ad hoc necessaria, ut vasallus feudo suo cadat. *c. Imperialem. vers. callidis ibi: vendunt & in alios transferunt, 2. F. 55. C. Imperialis. 2. F. 52.* Hinc rectè concluditur,

ditur, propter hypothecam in feudo constitutam, vasallum jure suo non privari; Curt. d. p. 4. n. 95. Clarus d. §. feudum. q. 35. Struv. d. c. 13. & Friderici constitutionem, in d. c. Imperialem. tanquam pœnalem ad hypothecæ dationem, quam à pignoratione diversam esse constat ex l. 9. §. 2. ff. de pign. act. extendendam non esse, Dn. Ludvvel. d. loc. 17. p. 451. Dices: hypothecæ obligationem prohibitam esse, arg. l. ult. C. de reb. alien. non alien. Atque, aliud est eam prohibitam, & ob id invalidam, ac nullam esse; aliud propterea feudo privari: cum hoc demum fiat, si possessio translata sit, Rosenth. c. 9. concl. 14.

XVIII. Quid si in continenti alienatum recuperet? Autumant nonnulli, pœnam amissionis hoc casu vasallum evitaturum; argumentantur ex l. 3. ff. de divort. & repud. ubi Paulus: ideoque per calorem misso repudio si brevi reversa uxor est, nec diversisse videtur. Alii vasallum adhuc feudo privari docent, inter quos principem locum sibi vindicat Feudistarum princeps Rosenth. c. 9. concl. 2. n. 14. add. Schrad. p. 9. c. 1. n. 17. Clar. §. feudum. q. 31. n. 6. Fach. lib. 7. contr. 84. Alii, utrum in continenti, an post intervallum aliquod, feudum recuperatum, distinguunt, ut Curt. Jun. p. 4. n. 104. Alii deniq; judicis arbitrio hoc relinquunt, & hanc opinionem & æquiores & veriores judicat Dn. Ludvvel. Verùm secunda sententia, licet nonnullis dura & stricta; propter textus generalitatem tamen ab ea non facile recedendum, Dn. Rittersh. c. 5. q. 79.

XIX. Præterea & illud hinc notandum, vasallum non tantum feudo privari, si illud sine consensu domini vendiderit; Sed & precium ipsi auferri, C. prima. in fin. 2. F. 24. C. Imperialis. 2. F. 52. Quod ignorantibus & b. f. possessori restituendum, arg. d. C. Imperialem. 2. F. 55. sin autem in m. f. Fisco addicendum Dn. Struv. d. c. 13. Curt. Jun. p. 4. n. 118. licet à posteriori recedant Dn. Ludvvel. d. loc. Dn. Rittersh. c. 3. q. 21. Seniores id applicandum esse existimantes; Etenim cum duntaxat feudum in jure Feudali domino aperiri dicatur, nec precium ullibi ipsi adjudicetur, pro Fisco dimicabo; vid. Struv. cit. loc. Insuper notarium super tali alienatione instrumentum conficientem officio suo exui, & cum infamiam manu dextrâ, quâ deliquit privari, C. Imperialem. 2. F. 55. C. Imperialis. 2. F. 52.

XX. Quid

XX. Quid si à m. f. emptore de evictione cautum? Resp. precium & hoc casu Fiscum justè vindicare; Quamvis aliàs m. f. emptor de evictione sibi cavens actionem adversus venditorem habeat, l. 7. C. comm. urr. jud. l. 27. C. de evict. tamen cum jus Feudale contractum super alienatione illicitè initum, planè prohibeat, irritumque jubeat, C. Imperialem. 2. F. 55. ejuscemodi pactum nullum habebit effectum, Gloss. ad d. c. Imperialem. Alia longè ratio est venditionis rei alienæ, de hâc enim inita venditio respectu ipsorum contrahentium subsistit, licet à vero domino res auferri possit. l. 28. ff. de contrab. empt. adeoque etiam pactum, in eum casum, quo res à vero domino vindicatur conceptum, valebit, d. l. 27. C. de evict.

XXI. Secunda amittendi feudi causa, quæque res domini concernit, est feudi deterioratio. C. cum de re. 2. F. 8. Curt. Jun. p. 4. n. 44. Dn. Ludvvel. d. loc. facit enim contra officium & juratam promissionem de non damnificando domino, C. est & alia. 2. F. 7. Ut autem ob hanc vasallus feudum amittat, tria, ut in puncto alienationis, & hîc Feudistæ requirunt. 1. ut dolo malo vel culpâ feudum deterioret. C. sancimus. §. fin. 1. F. 22. d. C. prima autem. §. 2. 2. F. 24. & C. Imperialis. 2. F. 52. Dolus concluditur, si à domino admonitus non respiscat, nec à deterioratione desistat, d. c. Imperialis. 2. ut deterioratio magna & notabilis sit, C. prima a. §. 2. vers. præterea. 2. F. 24. Dn. Ludvv. Obrecht. lib. 4. c. 3. n. 16. veluti si villam feudalem gravi damno feudi diruat, l. 13. §. 4. ff. de usufr. fructiferas arbores incidat, subditos malè & crudeliter tractet, C. Fridericus. 2. F. 27. Rosenth. c. 10. concl. 33. n. 45. Tertio, ut perpetua ex eâ resultet jactura, Obrecht. d. loc. Schrad. c. 6. n. 69. Rosenth. c. 10. concl. 32. n. 35. Quod ultimum tamen requisitum multi rectè rejiciunt, tum quia Vasallo, ne quidem feudi conditionem in qualitate deteriorem facere liceat. C. cum de re. 2. F. 8. tum quia vasallus, qui culpâ suâ effecit, ut ex fructibus servire domino nequeat, feudo indignus sit, C. Imperialis. 2. F. 52. Dn. Ludvvel. d. c. 17. Non respuit etiam hunc modum amittendi Jus Saxonicum, art. 44. ibi: Hierbey solst du wissen/dass alle Lehen von Gnaden herkommen/darumb wer ein Lehen hat/und dasselb übel gebraucht/der verleuret es; vid. Bened. Carpzov. in synops. jur. feud. D. 9. th. 23.



XXII. De feudo empto, an & illud ob deteriorationem perdat, vocatur in dubium; Negantibus adstipulatur Cravet. *lib. 1. cons. 6. n. 109.* Affirmativa patrocinium præstat Dn. Ludvv. *d. c. 17.* Rittersh. *c. 5. q. 70.* quibus, quoad aliter edoctus non fuero, calculum adjicio.

XXIII. Tertia quæ res domini respicit feudi amittendi causa, est ejus ex certâ scientiâ negatio. *C. si de feudo. §. vasallus. 3. 2. F. 26. C. lex corradi. §. 2. vers. si fuerit. 2. F. 34.* Curt. Jun. *p. 4. n. 41.* Schrad. *p. 9. c. 6. n. 19.* Jacob. de S. Georg. *in verb. dictique vasalli promiserunt. n. 34.* Hinc illud Gallorum: *Qui fief denie, fief pert.* Dico tamen ex certâ scientiâ; nam si ignoranter negaverit, feudum non amittet, *arg. d. §. Vasallus. 2. F. 26.* Plurimumque refert, utrum totum feudum, an partem, vel feudi conditionem inficiatus fuerit, si totum, totum amittet, si partem, eâ solummodò parte, quam feudalem esse negavit, privabitur, *C. si vasallus. 2. F. 38.* Andr. de Ifern. *ad d. §. si vasallus.* Schrad. *p. 9. c. 6. n. 51.* Si conditionem & tunc totum amittet, cum enim negatio circa totum feudum versetur; meritò & totius feudi perditionem sustinebit. Dn. Rittersh. *c. 5. q. 28.* Condicio dicitur negari, si fidelitatem, Rosenth *c. 10. concl. 32. n. 10.* Servitia in investiturâ promissa, Cujac. *ad d. §. si vasallus.* feudum ex pacto & providentiâ constitutum inficietur. Andr. de Ifern. *ad d. §. Vasallus n. 9.* Zab. *de F. p. 10. n. 51.* Schneidevv. *de F. p. 8. c. 1. n. 39.* & tantum de feudi amittendi causis, quæ rem feudalem contemplantur, proximum est, ut paucis exponam, quomodo ob culpam in aliis rebus domini non feudalibus commissam feudo privetur.

XXIV. Id accidit, si in munitionibus, castris, aliisve possessionibus damnum dederit, *per text. in C. Epistola. 2. F. 6. C. est & alia. 2. F. 7.* puta si castrum, vicum, aut civitatem domini sui assilierit, i. e. obsederit, vel oppugnaverit; *C. quia supra. vers. similiter. quib. mod. feud. amitt. 1. F. 7.* Cum enim ipse damna domino ab aliis impendenda avertere debeat, inque recuperandis rebus injustè amissis dominum juvare; multò magis ipsemet ab omni damno & maleficio abstinere. Nec interesse putamus, utrum dominus in castro præsens, an absens fuerit, sciverit vasallus, an ignoraverit, esse sufficiat castrum domini scivisse; *C. epistola. 2. F. 6.*

F. 6. C. *Quia supra*. 1. F. 5. Curt. Jun. p. 4. n. 32. Dn. Rittersh. c. 5. q. 91. ipsemet oppugnaverit, an aliis oppugnantibus opem præstiterit, d. C. *est & alia*. 2. F. 7. C. *si vasallus*. 2. F. 57. Arx tota domini fuerit, an communis; siquidem nec socius rem communem reddet deteriore, l. 8. l. 13. ff. *S. V. P.* Dn. Rittershus. c. 5. q. 91. Ludv. *vel. d. loc.*

XXV. Quid si furtum domino fecerit? Affirm. Neg.

XXVI. Et hisce ex causis, propter feloniam in ipsius domini personam directò & immediatè commissam feuda amittuntur; mediatè & indirectò in dominum peccatur, quando personis potestati vel affectui ejus subjectis injuria infertur; nam non solum per semet ipsum, sed & per liberos suos, item per uxorem quis injuriam patitur. §. *patitur*, 11. *Inst. de injur.* l. 1. § 3. & *seqq. ff. de injur.* Iccircò, si miles dominum cucurbitaverit (de ratione hujus vocis vide sis Dn. Rittershus. c. 5. q. 92.) hoc est cum domini uxore concubuerit; vel concumbere se exercuerit, h. e. concumbere conatus fuerit, vel etiam ad concubitum per litteras amatorias, munuscula &c. sollicitaverit, aut cum eâ turpiter scilicet amplectendo vel osculando, &c. Veteres enim osculo pudicitiam mulierum delibari, & præparatorium proximum esse, quod àctus ipse illicò sequatur, crediderunt, luserit, feudo cadet, d. C. *quia supra*. 1. F. 5. Sonsbecc. p. 12. n. 16. Struv. *cap. 15. aphor. 9.*

XXVII. Atquin, dico turpiter, nam ob dulce osculum statim cadere beneficio, valdè durum, cum præsertim apud multas gentes, ut & in patriâ meâ, non tantùm omni culpâ & crimine vacet; sed etiam benevolentia & humanitatis signum sit; nec omneis optent & dicant cum insano isto amatore: Beatus est, qui te aspicit: At ter beatus, si audiat: & semi-Deus dato osculo; Deus dato usu corporis. Definienda igitur hæc quaestio, tam diversarum gentium moribus, tum distinctione ipsius osculi. Dn. Rittersh. *cit. loc.*

XXVIII. Idem est, si domini sponsa à Vasallo vitata, ut nec ipsum matrimonium, ita nec spes matrimonii violanda; *arg. l. 13. §. divi. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Dn. Ludvell. c. 16. p. 422. *Vultej. c. 11. n. 31.* & injuria sponsæ illata, ad sponsi contumeliam

spectat; *l. 15. §. 24. ff. de injur.* licet aliàs pœnam mitigari heïc benignius sit; siquidem non vera hïc thori violatio, nec partus suppositio, adeoque nec adulterium; sicut & in *l. 13. §. 3. de adult.* tantùm spei violatio dicitur. Utrum autem idem de domini viduâ dicendum, controversiâ non caret: Plerique idem jus, quod in uxore esse censent, Rosenthal, *concl. 27. n. 3. & seqq.* Clar. §. *feudum, q. 38.* Zasius *p. 10. n. 27.* Schrad *c. 2. n. 5.* Verùm à negativâ propter textum expressum in *d. c. sancimus. §. fin. r. F. 21.* dimovere nos non sinimus; Dn. Ludvvel. *d. loc. Struv. c. 15. aph. 9.* nisi tamen fiat intra tempora luctûs, Rosenth. *c. 10. concl. 27. n. 51.* hoc enim casu, quoniam suspicionem de se movet adulterii etiam vivo marito commissi. *Nov. 39. c. 2.* omninò vasallus feudo privandus videtur. Sigism. Finckelth. *disp. 10. q. 12.* Dn. Ludvvell. *c. 16. p. 422.*

XXIX. Quid si non ipsemet vasallus vitiaverit; sed alteri id facienti opem tulerit, v. g. si proxeneta, sive intermûncius inter uxorem domini & adulterum fuerit? Resp. & hoc casu vasallum feudo privari, sicut enim sublatis receptatoribus & latronum & furum cohors deficeret, *l. 1. ff. de recept.* ità nec adulteri tam crebri forent, aut certè non diu laterent, si ejuscemodi Veneris deessent sequestriatque emissarii. Dn. Rittersh. *c. 5. q. 97.*

XXX. Et sicut in favorabilibus multùm distat à justâ uxore concubina, ità & aliquando in odiosis, quæ non extendenda, *C. odia. de R. I. in 6. l. 19. ff. de lib. & posth. l. interpretarione. ff. de pœn.* proindeque quo ad domini concubinam, aliud dicendum multi autumant; pro quibus facit, quod jure mariti in concubina adulterium vindicari haut possit. *l. 13. §. si quis uxorem. ff. ad Leg. Jul. de adult.* & non eadem sit ratio in concubina, quæ in uxore; *arg. l. 49. §. parvi. 4. ff. de leg. 3.* Quis incassum oppones, quod filius qui concubinæ patris se miscverit, non minus paternæ exhæredationis fulmen mereatur, ac si novercam stuprasset, *Nov. 15.* Nam resp. non parem esse rationem filii & vasalli, adeoque argumentum à separatis planè procedere; deïn non ex omnibus causis, ex quibus filius exhæredatur, etiam vasallum feudo privari. Dn. Ludvvel. *d. c. 16. p. 421.* Similiq̃ue modo ratione pedissequæ, cum Rosenth. *concl. 17. n. 41.* Curt. Jun. *p. 4. n. 22.*

Carpz.



Carpz. *d. disp. 9. th. 21.* Dn. Ludvvel. *c. 16.* statuimus, nulla enim est affinitas inter eam & personas enumeratas. Nec quicquam facit, quod is de jure civili, qui pedissequam alicujus matronæ adfectatur, ejusve pudicitiam attentat, ipsi dominæ injuriarum teneatur, *arg. l. 15. § tenetur. ff. de injur.* & quod miles contra honestatem peccet, quam se conservaturum sartam tectam promissit, ut patet ex *C. epistola. vers. honestum. 2. F. 6.* Resp. enim vasallum quidem teneri injuriarum; ad feudi privationem tamen hoc non sufficere; *arg. C. Obertus. in verb. egregia ingratitude causa. 2. F. 23.* & hæc de domini uxore, sponsâ, viduâ, concubinâ, pedissequâ, restat, ut quid de ipsius filiâ, ex filio nepte, & nuru & sorore, & matre, jus Feudale differat, paucis addam.

XXXI. Quibus de licet varii variè Feudistæ disputent; de filiâ tamen & ex filio nepte, & nuru idem quod de uxore statuendum putamus, *C. quia supra. 1. F. 5. C. prima autem. 2. F. 24.* Carpz. *d. disp. 9. pos. 20.* Vultej. *c. 11. n. 31.* In sorore tamen duo nonnulli requirunt, ut videlicet in capillo (ut loquitur Feudista) vel innupta sit; & cum fratre in eâdem domo habitet, *Sonsbec. p. 12. n. 26.* Alii, missâ distinctione; Utrum nupta, vel innupta sit, posterius sufficere existimant, inter quos est *Ros. concl. 27. n. 34.* *Zaf. p. 10. n. 25.* Atqui ego nulli nullus hoc in casu subscribo, putoque sufficere, si sit innupta; quoniam quæ in *d. c. quia supra.* in domo domini manere dicitur, ea in *d. c. prima a. §. 2. vers. rursus.* in capillo, i. e. ut interpretatur *Hottom. innupta esse dicitur.* Dn. Ludvvel. *d. loc.*

XXXII. De matre controvertitur: Putant *Eguin. Baro lib. 3. de benef. c. 3.* & *Sonsbec. p. 12. n. 19.* ob illam stupratam vasallum feudo non privari. Sed affirmantium ut communior, ita verior; *Jacob. de S. Georg. de F. in verb. dictique Vasalli promiserunt, n. 29.* *Curt. Jun. de F. p. 4. n. 30.* Nam si propter stupratam senioris sororem fidelis feudum amittit; quantò magis ob vitiatam matrem amittet, multò enim arctior & major est inter matrem & filium, quàm inter fratrem & sororem conjunctio & necessitudo, proindeque gravior quoque injuria; Dn. Ludvvel. *c. 16.* *Rittersh. Obrecht. cit. loc.*

XXXIII. Neque referre putamus, utrum supra dictis per-

sonis volentibus & contentientibus ejusmodi delicta à vafallis commissa fuerint, an iis invitis; licet enim volenti non fiat injuria, neque dolus, *arg. l. 145. ff. de Reg. jur. C. scienti. de R. I. in 6.* non impedit tamen, quò minus alteri injuria, vel injuriarum actio nascatur, cujus scilicet potestati vel affectui personæ consentiens subjecta est; *arg. l. 1. §. 5. ff. de injur. Curt. Jun. p. 4. n. 20. Rosenth. c. 10. concl. 27. n. 46.* publicum scortum sive quæstuarium, in quam vasallus peccavit, an honesta & pudica; *Rosenth. c. 10. concl. 57. Curt. p. 4. n. 33.* Quod tamen dubium ex eo videtur, quod in meretrice neque stuprum, neque adulterium committatur, utpote quam vitæ vilitas & turpitudine legum observatione indignam reddidit, *l. 22. 29. C. ad Leg. Jul. de adult. l. 3. §. pen. l. 13. §. si quis. l. 15. §. si quis virgines. ff. de injur. Bach. ad Treutl. vol. 2. D. fin. lit. B.* Sed hanc dubitandi rationem non obstare putat Dn. Rittershus, eò quòd meretriciam vitam ignorare Senior possit, proindeque distinguendum autumat, utrum domino sciente, an eo ignorante ita victum; priori casu reus erit lenocinii, & dolus cum dolo compensabitur, nec ad feudi privationem agere poterit; posteriori, quoniam ratione domini adhuc injuria sit, feudum amittet; Planè si ignoranter & per errorem ex hisce aliquam recensitis vitia verit, puta personatam, aut meretriciam veste indutam, excusandus erit; *l. 15. §. 15. de injur. Curt. Jun. p. 4. n. 20. Dn. Rittersh. c. 5. q. 101.* Item si sciente & volente domino id fecerit, *arg. l. 145. ff. de R. I. l. 1. §. 1. ff. de injur. Curt. Jun. p. 4. n. 29.* Hucusque de criminibus, adversus domini potestati & affectui subjectos commissis, sequitur, ut de iis, quæ adversus planè extraneos committuntur, videamus.

XXXIV. Hujusmodi tria recensent Feudistæ, scil. parricidium, traditionem sive prodicionem convasalli, & crimen læsæ majestatis, quibus de sigillatim brevibus. De parricidio textus expressus est *in d. l. prima a. §. deniq. vers. si verò. 2. F. 24.* Est enim hoc crimen maximè atrox, vitam adimere ei, à quo beneficia summa, & ipsam accepit vitam: ideoque teste Herodoto *lib. 1.* Persæ impossibile esse existimabant, ut quis patrem occideret, & qui id perpetrâsse dicerentur, non veros, sed spurios esse arbitrabantur; eademque de causâ huic crimini nullam pœnam
Romulus

Romulus, ut in ejus vita refert Plutarchus, indixit, ubi addit, sexcentis primis annis neminem hujus criminis reum postulatū fuisse; intellige tamen prædicta, si vassallus eum in finem patrem vel fratrem occiderit, ut solus vel eò citius hæreditate si-ve feudo potiretur, *arg. C. si quis. 2. F. 37.* quoniam hoc demum casu respectu feudi delinquatur, & aliàs parricidium ex avaritiâ admittum gravius vindicari solet, *l. Cicero. 39. ff. de pœnis.* Verùm quoad fratrem inquires: Miles non privatur feudo, si fratrem domini occiderit, *C. si quis. 2. F. 37.* E. neque si proprium. Sed resp. negando consequentiam, gravius enim peccat, occidendo fratrem suum, quia parricida est, quàm fratrem domini, quod simplex homicidium; vid. Dn. Ludvvell. *c. 17. p. 463.* Vultej. *c. 11. n. 34.* Rittersh. *c. 5. q. 112.* Aliàs olim singularis parricidis pœnâ infligebatur, ut patet ex *§. 6. Inst. de publ. jud.* ibique Dn. Manzius satislatè pœnæ hujus rationem reddens, *l. un. C. de his quæ par. vel liber. occid.* nostris moribus parentum, liberorum, fratrum intersectoribus rotâ confringi membra solent. *P. N. D. art. 131.*

XXXV. Exemplum ablati ob fratricidium feudi, ex historiâ Gallicâ de Philippo Galliæ Rege, refert Rittersh. *d. loc.* ad quem brevitatis amore fit remissio.

XXXVI. Quid si compatrem suum (quem Canonistæ patrem spiritualem vocant) necaverit? Sunt qui & hoc casu vassallum feudo cadere autumant, eò quòd inter susceptum & susceptorem spiritualis quædam cognatio in baptismo contrahatur; adeò ut susceptus susceptori loco filii, & contrà susceptor suscepto loco patris sit, *tot. tit. extr. de spirit. cogn.* Verùm cum jure feudali de hoc casu nihil expressum, nec verâ re parricidium dicatur, vix atque vix affirmantium vexillum arripere audeo.

XXXVII. Secundum ob quod miles beneficium amittit, est hominis traditio, *per text. in C. si quis. 2. F. 37.* Traditio hic Longobardis in significatione proditoris usurpatur, sicut & hodie Italis traditor idem est quod proditor, & apud Gallos similem habet notionem, *trahir item trahison.* Quis autem sub significatione hominis intelligatur, magna inter FF. est pugna: de quo vis extraneo intelligunt *Curt. Jun. Rosenth. c. 10. concl. 36. n. 29.*
Vultej.

Vultej. c. 11. u. 35. de convasallo tantum; Dn. Rittersh. c. 5. q. 119. Dn. Ludvel. c. 17. p. 464. quorum sententia & verior & probabilior, tum quia ob necem fratris domini, vasallus feudum non amittat, *arg. d. c. si quis. 2. F. 37.* tum quod in vasallo proditoriè occiso tantum circa feudum delinqui videatur; utpote cum dominus fideli suo, consequenterque servitiis debitis defraudetur, Dn. Ludvel. Dn. Rittersh. *citt. locc.*

XXXVIII. Tertium est læsæ majestatis crimen, cum enim hujus gravissimi criminis variæ sint pœnæ, inter cæteras etiam hæc est, ut vasallus id committens feudo privetur; Rosenth. c. 10. *concl. 35.* Dn. Ludvel. Dn. Rittersh. *Struv. ad. locc.* quibus adde omninò textum expressum in Capitul. Ferdin. III. Imper. Augustiss. *art. 28. verb.* Wir gereden und versprechen auch / daß Wir die Churfürsten und Stände des Reichs mit ihren angehörigen Lehen / sie seyen auch gelegen / wo sie wollen; Wann derselben Vasallen und Unterthanen solche ex crimine læsæ Majestatis, oder sonst verwürcket / nach ihrem Willen schalten und walten lassen / keines weges aber dieselbe zum Kaysertlichen Fisco einziehen / noch ihnen vorige oder andere Vasallen auffdringen wollen / *add. Joh. Limn. in not. ad hunc art.*

XXXIX. Hæc occasione querere lubet, an in solum Imperatorem læsæ Majestatis crimen committatur? Sunt qui in solum Imperatorem id committi existimant, inter quos testante Dn. Ludvel. est Harpr. *ad §. 3. Inst. de publ. judic.* At in genere in quemvis Principem superiorem non recognoscentem hoc crimen committi verius est, *Myns. cent. 5. obs. 51. Valq. ill. controv. c. 82. in fin. Jul. Clar. §. læsæ Majestatis. n. 2. Bach. ad Treutl. vol. 2. d. 32. th. 1. lit. B.* Ubi errorem eorum puerilem vocat, qui hodiè Imperatorem nostrum mundi dominum, omnesque penè Principes & Reges jure ipsi subjectos faciunt; Quid de Rege Romanorum, Imperatrice & Statibus Imperii dicendum, vide apud Wesenb. *in parat. ff. ad Leg. Jul. Maj. n. 4. Fachin. 9. controv. 32. Limn. lib. 2. jur. publ. c. 16. n. 25. & seqq.* Ego festino.

XL. Hisce nonnulli adjiciunt incestum; *arg. c. regalia, ibi: bona contrahentium incestas nuptias. 2. F. 56.* item propter *C. si quis 2. F. 37.* adulterium, stuprum, & omne crimen publicum, propter

propter quod bona confiscantur, Rosenth. *c. 10. concl. 36. n. 44.*
 Atquin cum nusquam jus Feudale horum criminum ita menti-
 onem faciat, & inter modos amittendi referat, nec ego isthac
 ed refero; *arg. l. pen. ff. de pœn. Dn. Ludvvel. alleg. loc.* Quid si
 sibi ipsi manus violentas intulerit? Negantium scholam auget
 Clar. §. *feudum. q. 58.* Rosenth. *concl. 37. n. 11.* Alii, utrum ob cri-
 minis conscientiam, ob quod aliàs feudo privandus esset, an pro-
 pter impatientiam adversæ valetudinis manus violentas intule-
 rit, distinguunt, quam tamen meritò supervacuum dicit Dn. Lud-
 vvel. *d. loc.*

XLI. Ostendimus nunc causas amittendi feudi, quæ in
 committendo consistunt, non absolum (ut puto) erit, si illæ,
 quæ in omittendo versantur, à nobis enodentur: hæ autem vel
 domini vitam vel incolumitatem, vel res & jura ejusdem respi-
 ciunt.

XLII. Prius membrum negligitur, domino periculum
 imminens non indicando, *C. est & alia. 2. F. 7. C. prima a. vers præ-
 terea. 2. F. 24.* Rosenth. *c. 10. concl. 17. n. 40.* Sonsbecc. *de feud. p.*
12. n. 15. Schnob. *D. 10. th. 28.* quod tamen limita & sanè intelli-
 ge, si vasallus certiorare potuerit, Curt. Jun. *p. 4. n. 59.* propter ju-
 ramentum enim fidelitatis præstitum domini salutem & incolu-
 mitatem propriæ saluti anteferre minimè tenetur, d. Curt. Jun.
p. 4. n. 8. Clar. §. *feudum. q. 57.* & charitas ordinata à seipso inci-
 pit, *l. 6. C. de serv. & aq.* Dein dominum in prælio campestri vel
 acie periclitantem, nec mortuum, nec ad mortem vulneratum
 deserendo ac dimittendo, *c. sancimus. in fin. 1. F. 21. C. quia. 1. F. 5.*
& C. prima a. 2. F. 24. Dico nec mortuum, nec ad mortem vulne-
 ratum, hæc enim duo hoc in loco æquiparantur, quoniam in præ-
 lio vulnus accipiens mortiferum penè pro mortuo habetur, &
 difficilior in bello, quàm pace cura; Vulnus autem utrum lethæ-
 le fuerit, adhibito medicorum & chirurgorum consilio ex variis
 signis & conjecturis iudex dijudicabit Dn. Rittersh. *c. 5. q. 49.* Dn.
 Ludvvel. *c. 18. p. 465.*

XLIII. Et hoc non tantùm si in ipso periculo dominum
 constitutum deseruerit, sed etiam si nondum impendente peri-
 culo eundem destituerit; siquidem exemplo suo nocuit, & do-

C

minum

minum praesidio suo orbatum hostibus objecit, Ludvel. d. c. 18. aded ut minimè observetur, utrum ex acie salvus, an laesus senior redierit; nam si salvus, non fidei vasalli, sed vel strenuitati, vel gratiae divinae acceptum feret; Obrecht. c. 5. th. 18. Jacob. de S. Georg. de F. in verb. & promiserunt eidem domino, n. 19.

XLIV. Quid si post fugam & desertionem consilio mutato confestim redierit, & domino opitulatus fuerit? Bald. in C. quia supra. in pr. quib. mod. feud. am. determinat quod non, quem tamen reprehendit Martin. Laud. motus per generalitatem illius textus non distinguens, utrum statim, an ex intervallo, arg. l. 8. ff. de publ. in rem act. Facit, quod eo ipso momento, quo dominum deseruit, eundem in maximum vitae periculum coniecit, Curt. Jun. p. 4. n. 12. Sonsbecc. p. 52. n. 14. Dn. Ludvel. Dn. Rittersh. c. 5. q. 55.

XLV. Idem statuo de casu, quo duo sunt fratres, feudum commune habentes, quorum unus dominum deseruit, alter vero strenuè in defensione senioris perstiterit; tùm quoddam delicta non manebunt impunita, l. 51. §. 2. vers. quod si quis. ff. ad L. Aquil. l. 22. C. de poen. tùm quod nocens innocentis puritate gaudere aut sublevari non debet; arg. l. 45. l. 52. §. ult. ff. pro soc. l. 8. in fin. l. 11. §. dominus. l. ult. §. Magnus. 11. ff. de publ. & vectig. l. 13. ff. de manumiss. test. ubi Ulpianus: Si ita fuerit servus duobus libertas data; si insulam adificaverint, vel si statuam posuerint, dividi hac conditio non poterit. add. Rosenth. c. 10. concl. 16. Ludvv. d. c. 18.

XLVI. Porro omittendo in dominum peccatur, si eum clientulus injustè carceri inclusum scienter non liberaverit; C. prima a. §. 2. vers. item si delator, 2. F. 24. C. est & alia. 2. F. 7. vasallus enim domini injuriam propulsare tenetur, d. C. Est & alia. At carceris inclusio domino injuriam infert, l. 15. §. 41. ff. de injur. Diximus tamen injustè, nam si propria detineatur culpa sibi ipsimet id imputabit, vasallusque, si eum redimere cessaverit, feudum non amittet; C. domino. His finitur Lex & c. 2. F. 28. Schrad. de feud. p. 9. c. 8. n. 8. Obrecht. lib. 4. c. 5. Hinc intrepidè inferimus; Vasallum dominum ob æs alienum inclusum non redimentem, beneficium non amittere. C. si de feudo. §. licet. 2. F. 26. Curt. Jun. p. 4. n. 75. Schrad. p. 9. c. 8. Obrecht. d. loc. Schneidvv. p. 8. c. 1.

p. 8. c. 1. Secundò scienter, si enim dominum in carcere detineri vasallus nesciverit, d. c. prima a. vers. item si delator. in verb. si cognoverit. Curt. p. 4. n. 75. Rosenth. c. 10. concl. 20. num. 11. vel eum inde liberare haut potuerit, extra culpam erit, Vultej. c. 11. num. 48.

XLVII. Hucusque de feudi amittendi causis, quæ omit- tendo domini vitam & incolumitatem respiciunt, dicemus nunc paucis de iis, quæ ad res & jura ejus pertinent.

XLVIII. Quarum præcipua & principalis ultra annum & diem renovationis prolatio est; d. c. prima a. C. Imperialis. 2. F. 52. C. Imperialem. in fin. pr. 2. F. 55. Curt. d. loc. Dn. Ludvvel, c. 18. Rittersh. c. 5. q. 43. Schnobel. D. 10. th. 27. cum enim investitu- ræ renovatio sit reverentiæ testatio, quam domino Vasallus de- bet, meritò si hanc intrà legitimum tempus petere neglexerit, feudo cadet; Rosenth. Rittershus. Ludvvel. Obrecht. dd. locis. quibus adde Gunth. de hâc amittendi causâ hos versus referen- tem:

*Successor feudi totum si fortè per annum
Atq; diem tacto prima jam tempore pubis,
Sive dolo, seu desidiâ, seu mente superbâ
Spreverit à domino feudali aposcere jura.
Perdat, & hæc dominus proprios adsumat in usus.*

XLIX. Cur autem hæc renovatio præcisè intra annum & diem petenda, multis est in obscuro: Autumant nonnulli, ut duplex datur bonorum possessio, scil. Edictalis & decretalis; l. 1. §. 4. ff. si tabb. testam. null. extab. unde lib. l. 30. §. 1. in fin. ff. de acq. vel omitt. hered. quarum illa ex Edicto Prætoris sine causæ co- gnitione de plano competit: Hæc ex decreto Prætoris cum causæ cognitione & pro tribunali datur; arg. l. 2. §. 1. ff. Quis ord. in bon. poss. serv. l. 3. §. 8. ff. de bon. poss. Scip. Gent. II. de jurud. 21. Do- nell. 7. comm. 14. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 15. th. 2. lit. A. & B. Dn. Hahn. ad Wesenb. tit. de bon. poss. n. xi. Dn. Ludvv. §. 3. Inst. de bon. poss. (dissentit tamen referente Tr. Azo in summ. C. de bon. poss. Alciat. in l. 151. de V. S.) ità duplex successio feudi, & sicut Edictalis anno finitur. l. emancipata. C. qui adm. ad bon. poss. & c.



sicque simili modo investituræ petitio. Cæterùm, cùm hoc sit fingere & divinare, meritò hæcce rejicitur ab Alvar: putante; non posse aliam assignari, quàm quod compileribus ita placuerit; cujusque suffragium sequitur Curt. Jun. p.4. ut inibi videre est; Nec à tramite nos seducit *C. sancimus. 1. F. 22.* quod annum & mensem requirit. Feudistæ ad hoc diversimodè respondent; Vultej. jure quidem ut intra annū & diem juxta textus allegatos petatur definitum, non tamen ita strictè in judiciis observatum; sed vasallum intra spatium 29. dierum moram commissam purgare posse, existimat. Cujacius textum ex aliis (quod ipsi vulgare) corrigendum, & pro voce mensem, diem legendum esse autumat; Atquin cum Vultej. in divinatione & Cujac. in correctione consistat, nulli subscribimus, textumque de milite loqui dicimus, cùm & aliàs non rarò propter hujus favorem à jure recedi soleat, *arg. tot. tit. de mil. test. l. fin. C. de jur. delib. l. 8. C. de quest. Clar. q. 49. n. 2. Myns. cent. 5. obs. 9.*

L. Est autem hoc tempus ratione cursûs continuum, adeò ut etiam dies feriati computentur, ratione initii utile, quia currit demùm à tempore scientiæ, postquam videlicet vasallus mortem domini, vel vasalli mortem hæredes ejus cognitam habuerunt, *C. prima a. 2. F. 24. & c. hæc sunt. 2. F. 40. Rittersh. c. 5. q. 44.* & proinde si vasallus domini vel hæredes vasalli obitum ignoraverint, tempus hoc ipsis non currit, nec elapsum quicquam periculi creat, *C. si de feudo. §. vasallus. & §. vasallus feudum. 2. F. 26.* nisi fortè ignorantia ex latâ & supinâ negligentia orta, *l. 6. ff. de jur. & fact. ignor.* quæ propè est fraudem, & dolo æquiparatur, *l. 32. ff. de pos. l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dix.* Idem si vel valetudine, vel tempestate, vel vi fluminis prohibitus, investitura neglecta sit, *l. 20. ff. de proc. l. 2. & 3. ff. si quis caut. jud. & c.* vel capitales inimicitia, infantia, pestis, justa absentia, vel mors tam vasalli, quàm domini, vel alia similis causa impediverit, latè Dn. Rittersh. c. 5. q. 44. Curt. Jun. p. 4. q. 46. Dn. Ludvv. c. 11. p. 298. An autem de impedimento vasallum protestari oporteat, non minoris est controversiæ; Affirmant id Curt. Alvar. in *C. prima. 2. F. 24.* Negativam veriore judicat Dn. Ludvv. d. 6. 11. At protestatione adhiberi consultius fore docet Vultej. c. 7. n. 87. Rosenth. c. 6. concl. 46.

LI, Alte-

LI. Altera quæ omittendo res domini respicit, est serviti-
 orum debitorum denegatio, *d. c. prima a. §. 2. vers. Sed non est alia.*
C. sancimus. in verb. si dominis suis servire noluerint. I. F. 21. Dn. Lud-
vvel. Curt. Jun. p. 4. n. 61. non enim justior amittendi feudi cau-
 sa est, quàm si servitium, ob quod feudum accepit, præstare va-
 fallus recusat. Quod tamen sanè intellige, si sit interpellatus,
arg. C. si de feudo, §. licet. 2. F. 26. C. Imperialem. §. firmiter. de prob.
feud. alien. per Frid. 2. F. 55. nisi seniore periclitantem certò sci-
 verit, hoc enim casu, non expectatâ interpellatione servitium ex
 feudi naturâ spontè præstabit; *arg. persapè d. c. prima a. §. præterea.*
 Certus enim certiorari non debet, *l. 1. in fin. de act. empt.* vel nisi
 servitium certo deberetur die, *l. magnam. C. de contr. & comm. sti-*
pul. l. si mora. ff. solut. matr. Curt. d. loc. si autem ad interpella-
 tionem non statim servitia à milite exhibita, postea tamen à do-
 mino sine protestatione recepta, feudo non cadet; *arg. l. Celsus.*
28. ff. de recept. l. si post moram. ff. de eo quod cert. & c. l. 4. C. de pact.
inter empt. & vend. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem inve-
stiti, n. 38. Rosenth. c. 10. concl. 38. n. 4.

LII. Quid si præter militiæ observantiæque causam, pen-
 sionem sive annum canonem promiserit, & spatio triennii non
 solverit, cadetne ad instar Emphyteutæ feudo? Alii ajunt, alii
 negant, alii distinguunt, & quidem variè; Nos cum Dn. Finckel-
 thaus. ità limitandum putamus: aut feudum principaliter con-
 cessum est propter annuam pensionem loco scilicet servitiorem,
 & hoc casu amittitur beneficium; aut datum ob pensionem se-
 cundariò minusq; principaliter, & non amittitur, *arg. d. §. non est*
alia. 2. F. 24. add. Dn. Ludvv. c. 18. in fin. Dn. Rittersh. c. 5. q. 65.

LIII. Porrò jura domini negligit vasallus, si (ut loquitur
 Feudista) domino suo justitiam facere noluerit, *c. prima. vers. il-*
lud tamen. 2. F. 24. Quæ verba licet valdè ambigua; nam vel hoc
 significant, si vasallus in curiâ suâ domino jus reddere noluerit;
 Wann er ihme das Recht versagt / oder ihme nicht Rechtens ver-
 helffen will. Vel si judex inter pares electus ex bono & æquo non
 judicaverit, quæ causa etiam justa videtur, cum juramento fide-
 litatis id inseri soleat, ut in jurisjurandi formula relata in summa
 rurali, *Sire, ie viens à vostre hommage & en vostre foy, & deviens vostre*
homme

homme de bouche & de mains, & vous jure & promets foy & loyauté,
& de garder vostre droit a mon pouvoir & faire bonne iustice, a vostre
semonce, ou à la semonce de vostre baillif à mon sens; præ cæteris ta-
men interpretationibus cum communi schola ea amplectenda
videtur, quod iustitiam non facere, hîc nihil aliud sit, quàm va-
fallum à domino vocatum, se iudicio non sistere, quam que pro-
bat Gloss. ad d. §. illud tamen. ibique Hottom. add. Dn. Rittersh.
cit. loc.

LIV. Denique omittendo feudum amittitur, si miles do-
minum à filiis vel subvasallo offensum placare vel reconciliare
non studuerit; C. Imperialem. §. insuper. 2. F. 55. C. quidam, §. 1. 2.
F. 51. Cujac. adducens ex Gunth. Poëta feudalibus. 8. de hâc amit-
tendi causâ paraphrasin metricam, quam & ego hîc refero:

*Si patris dominum vasalli filius acris
Læserit offensâ, festinet protinus illum
Conciliare pater; quod si contemnet agendum
Munere privetur; Si verò audire monentem
Filius indomitâ neglexerit aure parentem:
Non erit in feudo successor idoneus illo,
Nî prius accensam domini placaverit iram.
Si tuus ex feudo cuiquam vasallus, id ipsum
Contulit, atq; tuo vasallum munere fecit
Ipse sibi, si fortè tuam jam tertius ille
Successor meruit, factis atrocibus iram,
Nec tibi pro culpâ domino mediante secundo
Fecerit ipse satis reprobato protinus illo,
Ad dominum redeant feudalia jura secundum.
Si tuus ille suum tibi conciliare fidelem
Spernit; & aut torpens aut perfidus esse probatur,
Ambobus spretis ad te tua jura recurrent.*

Hæc Gunth.

LV. Hactenus de causis feudi amittendi culposis, super-
est, ut nunc visum eamus modos, quibus & sine culpâ feuda a-
mittuntur.

LVI. Ac-

LVI. Accidit hoc quatuor præcipuè modis, morte scilicet vasalli, refutatione, interitu, defectu & inhabilitate serviendi.

LVII. Morte feudum finitur, quando vel clientulus nullis feudi successoribus relictis decesserit; *C. est autem. Qual. olim pot. feud. alien. l. F. 9. C. quia supra. §. rursus. l. F. 5. C. si clientulus. §. etsi clientulus, l. F. 13. C. si duo fratres. 2. F. 12.* vel feudorum hæc natura sit, ut ad hæredes non transeant, cuiusmodi sunt feudum Guardix, Castaldix, Cameræ, Cavenæ, Dn. Ludvvel. d. c. 18. Hinc quæstio oritur, feudo propter familiæ atque generis defectum ad dominum reverso, an cognatorum ratio habenda sit? Placet hoc testante Curtio communi Dd. Catervæ: Atquin contra jus & rationem; unusquisq; enim rei suæ moderator & arbiter, *arg. decantatæ, l. 21. C. Mand. l. 14. C. de contr. empt. l. 13. in fin. ff. de injur. Nov. 7. c. 7. §. Neq;.* Nemoque ad contrahendum cogendus; *l. nec emere. C. de jur. delib. l. 2. ff. si à par. quis man.* Hinc id nunquam in praxi observari testatur Jul. Clar. §. feudum. q. 87.

LVIII. Idem in emphyteusi & simplici locatione statuo, impleto enim conductionis tempore, ut conductor hæresve ejus non detinetur in conductione, *l. 11. C. de locat. & cond.* ita & contra non impeditur dominus locare, cui velit, nec pristinum conductorem novo præferre tenetur; *l. 32. C. de locat. cond. Gail. lib. 2. obs. 148. Fach. lib. 1. contr. 100.* Quod & oretenus approbatum à Nobiliss. & Consultiss. Dn. Licent. Daal in almâ Ubiorum Univerſitate Professore celeberrimo, Præptore meo summe honorando audivi, add. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 19. in fin. lit. G.

LIX. De refutatione *textus est in C. quidam. de vasall. decrep. et. 2. F. 14. C. si vasallus. 2. F. 28.* refutare autem, item feudum resignare dixerunt Longobardi, quod Latinis esset abdicare, renunciare, cedere, vel remittere; Germani: die Lehen auffſagen oder auffſünden; Hottom. in lex. feud. Nec referre dicimus, utrum domino volente an contradicente fiat refutatio, cum enim feudum principaliter in favorem fidelis concedatur, pro libitu huic favori etiam renunciatur, *l. 51. C. de Episc. & Cler. l. pen. C. de pact. l. 1. §. 7. D. de assign. libert. l. 19. §. 2. ff. de donat. l. 19. ff. de solut.*
C. gesta

C. gesta. dist. 74. C. ad apostolicam. extr. de regul. Nec obstat, quod senior milite invito feudum adimere nequeat, *arg. C. sancimm. 1. F. 21.* Resp. argumentum, à relatis ità demum procedere, si par utrobique sit ratio; Atquin hìc diversam fore ex eo patet, quod domino cui feudum refutatur, nullum fiat præjudicium, utpote, qui plenam rei suæ recipit proprietatem, vasallo vero, cui feudum sine culpâ aufertur, damnum infertur haut exiguum, cum jure & beneficio suo defraudetur; *Curt. Jun. p. 4. n. 135. Rosenthal. c. 9. concl. 51. Vultej. c. 10. n. 26.* Item, an feudum simpliciter & indeterminatè, an ad certa servitia concessum, ligium, an francum, novum seu antiquum fuerit, dummodo in antiquo agnatorum consensus interveniat.

LX. Quin nec juramentum, quod ultrà consuetum fidelitatis jusjurandum de dictis conventisq̄ue servandis præstitum, refutationi impedimento est; siquidem secundum contractus & negotii naturam juramentum intelligendum; modo tamen miles non dolo malo, vel intempestivè refutet, nam si dominus sub clypeo dimicaret, nec aliis æquè idoneis militibus vel servitiis se instruere posset, vasallusq̄. refutaret, refutatio nullius momenti esset, *Rittersh. lib. 2. c. 2. q. 20.*

LXI. An autem idem in Emphyteusi dicendum magnæ inter Dd. est altercationis: Negantium scholam *ad l. 2. C. de resc. vend.* Sequitur Pinell, Accurs, Bart. quosq̄ue ad Tr. probat nobiliss. Bach. eò quòd emphyteusis non per modum beneficii; sed alterius contractus, ex quo mutux sunt præstationes, concedatur: Hinc neminem movere debet ratio *Conan. 7. comm. 12. num. 7.* Quod cessando in solutione rem faciat esse caducam: quoniam fit hoc modo caduca, si dominus voluerit, cujus favore non verò emphyteutæ hoc constitutum est: Sic etiam mercedem non solvens conductor expelli potest, quem tamen contractui ex arbitrio suo renunciare non posse, satis liquidum est. Quoad usumfructum res clara est. *vid. l. 48. 64. ff. de usufr. l. 66. ff. de jur. dot.*

LXII. Pertinet huc & illa quæstio, an senior militem invitum à servitiis & jure vasallagii liberare possit? *Jacob. de Ardiz. & Johan. Blanch. lib. 2. c. 1. n. 118. referente Dn. Ludvv. arg. l. 19.*

l. 19. §. 2. ff. de don. l. 69. ff. de R. I. l. 26. C. de jur. delib. decidunt quod non; Atquin cum dominus & vassallus ad paria teneantur, C. *Epistola. 2. F. 6.* negativam veriore[m] esse judicamus, Dn. Ludvvel. Rosenth. *d. c. 9. concl. 52. n. 19. & 20.*

LXIII. Ad exemplum emphyteuseos, & ususfructus porro sine culpâ feudum amittitur, rei feudalis interitu, *l. 129. §. 1. ff. de R. I. l. 1. C. de jur. Emphyt. C. accessorium. eod. in 6. §. 3. Inst. de usufr. l. 5. §. 2. ff. quib. mod. usufr. amitt.* & quidem in totum, si res tota; pro parte, si pars saltem interierit; Hinc quaestionis; si feudum ex quo certus quotannis praestatur Canon pro parte interierit, an & Canon moderari debeat? Notum est, duo esse naturalia emphyteuseos, ut sit perpetua, & ut pensio praestetur in recognitionem domini, alterutro mutato, alteratur natura emphyteuseos, & declinat ad locationem; multò magis utroq; sublato, alterata erit ejus natura, id est, si emphyteusis ad tempus concessa sit, & emphyteuta non exiguam, sed magnam pensionem praestat, ita scilicet, ut magnitudo summæ non simpliciter, quia etiam magna summa ratione latifundii alicujus exigua esse potest, sed ad proportionem rei concessæ, & fructuum nascentium consideretur, & in summa, ut Dd. loqui solent, si praestet pensionem fructibus respondentem. In his terminis ob damnum notabile, aliquid ex canone remittendum esse, putant communiter Dd. tum quod hujusmodi emphyteuta, cum ad naturam conductoris propè accedat, ejus quoque jure, hanc in re meritò uti debet: quod in hoc casu cesset ratio propter quam *ex l. 1. C. de jur. emphyt.* particulare damnum ad eum spectat; quæ duplex esse videtur, tum qualitas juris, quod dominio proximum transit in emphyteutam, tum jus domini directi, quod recognoscendum etiam quâcunq; parte superstite, exigua etiam quantitate pensionis, quæ ex natura emphyteuseos constituitur. Idem in feudis statuo, si enim canon praestatur solummodo in recognitionem directi domini, parte perditâ non erit moderandus, secus si cum feudo correspondeat; & ita mihi Coloniae Agrippinae in Collegio Juris feudalis opponenti à Nobiliss. Consultiss. atq; Ampliss. Dn. Licent. Daal, Praeceptore & Fautore meo responsum memini.

D

LXIV.

LXIV. Desinit autem res, non modo incendio chasmate, terræmotu, l. 15. §. 2. locat. § 3. Inst. de usufr. Sed & inundatione, quod frequentius in locis maritimis, l. 31. §. item quod mari. ff. de acq. poss. l. 10. §. 2. l. 23. ff. quib. mod. usufr. amitt. item hostili occupatione, l. 12. §. ult. ff. de reb. auth. judic. poss. quâ tamen cessante feudum postliminio restituitur, non secus ac ager inundatus, abscedente aquâ ad pristinam causam redit, l. 12. §. 1. l. 16. ff. de capt. & postlim. l. 23. & l. 26. ff. quib. mod. usufr. amitt.

LXV. Quartus est defectus & inhabilitas serviendi, puta, si quis cæcus, surdus, claudus factus sit, c. mutus. 2. F. 36. c. item si. §. 2. Episcopi vel Abb. 1. F. 6. aut votum religionis assumpserit, textus est inevitabilis, in C. si de feudo. §. qui clericus. 2. F. 26. C. si fœmina. 2. F. 30. Clericus enim factus miles Dei, desinit esse miles seculi, C. miles, de vasall. mil. qui arm. bell. dep. 2. F. 21. c. 1. in fin. ext. Ne cler. vel mon. C. ex multa. extr. de vot. c. mutus. 2. F. 36. ubi Feudista natum imperfectum, fœminam & clericum, quantum ad hoc, ut sint inhabiles, æquiparat; Illud autem exploratum est, fœminam ad succedendum in feudo prorsus esse inhabilem, Ergò pari modo & clericus. Addo textum in C. si fœmina. 2. F. 30. ubi termino: **NULLO MODO.** utitur Feudista. Dn. Rittersh. c. 6. q. 5. Dn. Ludvvel. c. 18. Sed inquires, dignitas aliâ vasallo superveniens non repellit ipsum à feudo. E. nec dignitas Ecclesiastica. Eleganter ad hoc respondentem vide Curtium p. 4. q. 28. ad quem brevitatis amore fit remissio.

LXVI. Signanter tamen prædicta limita in iis cruciferis, qui contra Turcam aliosque infideles strenuè militant, ut sunt equites Hierosolymitani, Rhodii, Teutonici, hi enim cum arma non deponant, servitiâque præstare possint, feudum non amittunt; Dn. Ludvvel. Curt. Jun. p. 3. p. 286. frustra etiam in tr. quest. controvers. de jur. succed. in feud. c. 3. q. 16. Bocero contradicente; & plures limitationes videri possunt apud Rosenth. d. loc.

LXVII. Hisce enumeratis addunt nonnulli supervenientiam liberorum, arg. decantatæ l. 8. C. de revoc. don. quam generalem esse, & quemvis donatorem & donatarium, arg. l. 102. ff. de cond. & demonstr. l. 6. §. 1. C. de inst. & subst. l. 30. in fin. C. de fideicom. Gloss. ad d. l. 8. & Dd, communiter, teste Claro §. donatio.

q. 22. pertinere contendunt, aded ut donationem Ecclesie factam propter liberos natos in solidum revocent, Treutl. vol. 2. Disp. 19. tb. 7. lit. F. Myns. 6. obs. 95. Quod tamen non inconcinne improbat Dn. Ludvvel. partim quod feudum, non ex omnibus causis amittatur, ex quibus donatio revocetur; partim quod donatio ob supervenientiam liberorum non retractetur, quodque his rationibus confirmatur. 1. quod l. 8. disertè tantum mentionem facit patroni & liberti: & hinc 2. quod, ut Tiraq. observat, sanctio ista per modum regulæ proponitur, à quâ citrà expressos textus recedendum non est. 3. quod donationes semel perfectæ regulariter non revocantur, à quâ regula non recedendum, neque constitutio, quæ in certis terminis exceptionem inducit, extendenda. 4. Quoniam juxta communem sententiam constitutio illa locum habet, non tantum si omnia bona; sed etiam si pars, eaque dimidia minor fuerit donata, quod etiam ipsa verba textus; bona omnia vel partem aliquam, suadent, & confirmant: prorsus autem absurdum videtur, donationem etiam partis cuicunque & à quocunque factam, propter liberos postea natos revocari: quod ita à nullo, nisi liberos habente, plenè, solidè & purè donationem fieri posse sequeretur, & eadem aliàs ratione æquitatis, revocatio donatorum concedenda esset ei, qui unum filium habens donasset, postea plures sustulit liberos: quoniam & hinc favorabiliter præsumi potest, donaturum non fuisse, si plures sibi liberos nascituros cogitasset, maximè si donatorem viduum, & ætatis aliquantò provectioris uxore postea ductâ plures liberos suscepisse proponas. 5. Argumentum præbet, quod in §. alia. 2. Inst. de don. in fin. tantum ingratitude mentio fit: neque omisisset Justin. supervenientiam liberorum, si eam pro causâ generali habuisset. 6. Fundamentum quoque præstat, l. si rotas. C. de in offic. donat. ubi propter liberos postea natos donatio non in solidum revocatur, sed pro quantitate legitimæ: Quamvis vulgò hinc Dd. respondeant; Speciale esse in donatario filio, quem quis tempore donationis unicum habuit, add. Anton. Fabr. 7. conj. 14. Nec quicquam movet ratio ex d. l. 102. ff. de cond. & dem. à dissentiētibus adducta, quod donatio ab eo facta, qui liberos non habet, videatur tacitam in se continere conditionem;



si liberi ipsi nati non fuerint, quibus de si cogitasset, verosimiliter bona sua, vel partem eorum non donasset, nemoque presumatur, successiones alienas propriis anteponere, *arg. l. 30. C. de fideicommissis*. quæ ratio cum in quocunque donatore locum habeat, merito & idem jus obtinebit, quod presertim ratio legis, quæ mens & anima ejus dicitur, potius sit attendenda. Atquin non difficulter responderi hinc potest, quod tacitas conventiones fingere & inducere nobis non liceat, ubi lex deficit, quod exemplis quasi contractuum & pactorum, quæ tacita dicuntur, omnium ostendi potest, quod scilicet tacita, quæ in iis inesse dicitur conventio à lege & assistentiam & fovendum habeat. 2. Quod propositum in mente retentum nihil operetur. 3. Quod non sufficiat in unius animo tale quid presumi, cum donatio utriusque consensu perficiatur; Dn. Ludvvel. *ad §. 2. Inst. de don.* Deinceps diluit hunc objectum silicem & argumento proposito quasi funera in oculis ostendit, quod diversa prorsus ratio sit liberti donatarii & aliorum: quod ille patrono inestimabile libertatis beneficium, & propter hoc reverentiam, obsequia & operas debeat, quod in aliis donatariis secus est, *diff. Wesenb. in parat. ff. de don. n. 7.* ibique Hahn. responsum sententiæ suæ firmandæ causa, datum Dieterichen von Eldingen Nobili Lunæburgico, adducens, ut inibi videre est.

LXVIII. De bonorum cessione, evictione videatur Dn. Ludvvel. *Schrad. c. 10. n. 4. Rittersh. c. 6. q. 11. 12.* Ego causas, ob quas senior proprietatem amittit, arripio.

LXIX. Quibus de tractatur in *c. ex facto. Qual. dom. propr. feud. pr. 2. F. 47. §. domino committente. 2. F. 26.* Summa hæc est: quibus ex causis vasallus feudo privatur, ex iisdem & dominus proprietatem amittit, sunt enim correlativa, quorum eadem est disciplina; unde dominus conjunx & amicus vasalli dicitur, *C. notandum. de not. feud. 2. F. 58.* item perjurus, perfidus & maleficus appellatur, si erga vasallum fidem neglexerit, *c. in epistola. 2. 6.* Quemadmodum igitur clientulus feudo cadit, si senioris uxorem, sponsam, filiam vel sororem stupraverit, quibus de diximus *th. 26. 27. 28.* ita & senior si fidelis uxorem, filiam, sponsam, vel sororem carnaliter cognoverit, feudi proprietatem amittet, Rosenth.

Rosenth. c. 11. concl. 19. n. 14. Schrad. p. 6. c. 7. n. 6. Nec juvare dicimus, utrum feudum novum, an antiquum, Rosenth. d. loc. juramentum fidelitatis præstitum, an remissum, in omni namque feudo fides datur, & intervenit, licet non in omni juretur.

LXX. Exemplum memorabile domini suo jure feudi privati proponitur à Wenceslao Caroli IV. filio, cui Electores unanimiter imperium abrogârunt, ut ex Cosmographia Münsteri lib. 3. probat Hottom. ad Reink. de reg. sec. & Eccles. lib. 1. cl. 1. c. 5. n. 41. Didac. Apoleph. Historischer Erquickstunden. de Wenceslao Imp. Sic & Concilium Constantiense Pontificatum abrogavit Johanni XXIII. Papæ, quo de vide Gobel. Person. lib. ult.

LXXI. In eo verò nonnulli diversitatem esse putant, quod vasallus feudum alienans illud amittat; dominus autem nullam aliam patiatur pœnam, quàm quod alienatio nullius momenti sit; arg. C. sancimus. §. si quis fecerit. 1. F. 22. Sonsbecc. p. 13. n. 180. Cæterùm cum nullibi in alienationis puncto hoc exceptum, egoque nullus id excipio; sed potiùs cum scholâ communi concludo, dominum æquè ac vasallū hoc in casu feudo cadere; arg. C. lex corradi. §. ex eadem. 2. F. 29. C. in epistola. 2. 6. add. Jul. Clar. §. feudum. q. 28. n. 3. Schrad. p. 8. c. 1. n. 65. Nec negotium faceffit, d. c. sancimus. Resp. negando consequentiam, alienatio domini nulla est; E non privatur proprietate: quoniam & eodem modo ratione vasalli argumentari possum, quem tamen eapropter feudo cadere nemo negabit. Sicque nîl facit, quod dominus tantum ex delicto sive felonîâ feudi proprietate privetur. arg. d. c. si de feudo. §. domino. 2. F. 26. & d. c. ex facto. 2. F. 47. alienatio autem in domino delictum non sit, l. 21. C. Mand. Licet enim communiter alienatio ad speciem alicujus delicti referri haut possit, in materiâ tamen feudali, ut & in casu nostro, pro delicto sive felonîâ alienatio habetur. c. in epistola. 2. F. 6. Curt. Jun. p. 6. in fin.

LXXII. Hâc occasione quærere hîc lubet, an Princeps subditos suos invitos in dominum potentiozem alienare possit? Negativam speciali tractatu probat Bartolomæus de las casas; Causa enim effectiva principum populus est, ut loquitur d. Bartol. §. 3. n. 2. quod propter virtutem aut benè facta ipsi initio prin-



cipes sibi constituerent Justin. *lib. 1. officium & finis gubernare subditos, omniaque ad ipsorum & publicum bonum dirigere; hinc custodes, pastores, patres dicuntur: à quibus omnibus considerationibus alienum est, subditos non consentientes alterius imperio & jurisdictioni subdicere, quo pertinet prolixa disputatio Zoann. de Imperio Rom. n. 150. Imperatori quidquam de imperio alienare jus non esse, Heig. 1. q. 19. add. Grot. lib. 2. c. 6. de I. bell. & pac.*

LXXIII. Prædicta in th. 71. tamen limita non procedere, quando in investitura de pœna conventionali actum, hoc enim casu potius ad pœnam, quàm consolidationem agendum. Dn. Ludvv. Rittershus. *dd. locis.* Deïn in oppignoratione, quæ domino vasallo etiam invito licita videtur; Clar. §. *feudum. q. 24. n. 4.* Bald. *in d. c. Imperialem. pr. 2. F. 55. 3.* Si dominus superiorem non recognoscat, *arg. l. 31. ff. de leg. Lucas de Penna ad L. in sacris. C. de prox. sac. scrip. lib. 12.* Atquin de duabus posterioribus summoperè dubito, præsertim cum prohibitâ alienatione, etiam pignoris datio regulariter prohibita sit, *l. 1. §. ult. ff. Quæ res pign. vel hypoth. data oblig. & c. l. ult. C. de reb. alien. non alien.* Et feudum plerumque per contractum constituatur; Ex contractu autem summus etiam Princeps obligetur, & tanquam mundanus quidam civis omninò teneatur. Theod. Reink. *de R. S. & E. lib. 1. class. 3. c. 80.* Sed dices: Dominus directus invito usufructuario, usum fructum oppignorat, *l. 2. C. de usufr. E. & feudum,* argumentum enim ab usufructu ad feudum, nedum probabile, sed & frequentissimum & firmissimum; Nicol. à Middell. verùm resp. nisi diversitatis ratio obstet, quæ hîc resistit, usus fructus enim ad vitam tantùm fructuarii durat, feudum ad hæredes perpetuo jure transit, quæ etiam ratio est, cur dominus proprietatem vendere possit, *l. Fundi Aebutiani. 38. ff. de usu. & usufr. leg. l. 17. §. 2. ff. de usufr.*

LXXIV. Quid si prælatus aliquis suâ culpâ feudum amiserit, nocebitne hoc Ecclesiæ, ut propter culpam sui prælati proprietate perpetuò carere cogatur? Resp. *arg. C. Hac sunt. 2. F. 40. l. jubemus. C. de SS. Eccles. c. cum apostolica. extra. Quæ sunt à prælat. & c. Curt. Jun. p. 2. q. 9. n. 2. Rittersh. Zaf. Jul. Clar. §. fin. q. 58.*

n.23. Obrecht. *lib.1. c.5. n.106.* Geil.2. *obs.80.* negativè, quibus & nos adhibitâ tamen distinctione subscribimus.

LXXV. Cognitis nunc amittendi feudi caussis, tam ex parte vasalli, quàm domini, explicandum restat, an modis recensitis ipso jure, an per sententiam judicis feudum amittatur, ad quosnam revertatur vel devolvatur; tandemque quid de feudi amissi fructibus incrementisque dicendum, quibus de sigillatim brevibus. De priori communiter respondent Feudistæ: Feudum regulariter non ipso jure, sed demum per sententiam judicis amitti, *arg. c. sancimus. pr. de feud. sin. culp. non am. 1. F. 21. C. sancimus. 1. F. 22. C. si de feudo. §. vasallus si feudum. 2. F. 26. Curt. p.4. n.155. Clar. §. feudum. q.62. Rosenth. c.10. concl.41. n.1. Dn. Ludvvel. Dn. Rittersh. dd. locc. Schnob. D.10. th.30. Struve c.25. aph.11. Geil. de pace publ. lib.2. c.3. res enim omnis, quæ in disceptationem judicialem cadit, materia sententia est, Dn. Bach, ad Treutl. vol.2. D.23. th.3. Hinc intrepidè concludimus, dominum nullatenus autoritate propriâ vasallum expellere posse; sed actionem coram curiæ paribus instituere, commissamque ingratitude quinque testibus summæ atque integræ opinionis probare, *C. si Vasallus. Quot test. sunt necess. ad prob. ingr. 2. F. 57. l.13. §. sed si. ff. de usufr. l. 176. ff. de R. I. tot. tit. C. ne quis in sua caus. jud. &c. adde decantatam l. Extat. 13. ff. Quod metus causâ. & l. si quis tantam. 7. C. unde vi. Nec prædictis negotium faceffit, quod hinc inde Feudistæ dicant, fidelem feudum amittere, carere beneficio, cadere feudo, item beneficium pertinere ad dominum vel agnatum, reverti ad dominum &c. Quæ verba hoc velle videntur, quod ipso jure amissio fiat, nec sententia judicis vel condemnatoria vel declaratoria opus sit. Respondeo enim cum Dn. Ludvvel. verba hæc ex aliis textibus explicanda & intelligenda, ut videlicet judicis sententiam non excludant, sed potius includant, & nonnunquam ita loqui legumlatores, ut quod propriè convenit judici vel magistratui, id tribuant actori, v.g. reum condemnare, item judicatum facere debitorem suum, restituere se in integrum; *vid. l.1. 33. ff. de jur. dot. l.13. §.4. ff. de pign. l.2. ff. ad Leg. Iul. de adult. l.3. §. si quis. l.48. ff. de min. sicque 3. Ann. scribit Tacitus. Cestium fraudis damnavisse Annianum Ruffillam,***

Ruffillam. ut inibi videre est. Minus movet, quod ususfructus ipso jure extinguatur. §. 3. *Inst. de usufr.* eò quod ususfructus & feudum per omnia non convenient; Deinde & in usufructu parte alterâ contradicente; nonnunquam judicis sententia requiratur. *Rittershus. c. 6. q. 17. Dn. Ludvv. d. loc.*

LXXVI. In puncto alienationis fallentiam tamen statuunt multi, ut eâ statim ipso jure feudum amittatur, *Clar. §. feudum. q. 62. in fin. 2.* quando ita conventum, ut ob delictum ipso jure feudum amitteretur, *Rosenth. Vultej. Zas. 3.* In crimine læsæ majestatis. 4. quando propter investituram legitimo tempore non petitam feudum perdat, *Curt. d. p. 4. n. 155.* Caterùm cum nusquam harum exceptionum jus feudale mentionem fecerit, tutius fortasse erit, & illas sub regulâ relinquere, vid. *Dn. Ludvvel. c. 18.* ad contradicentium argumenta satis nervosè respondentem.

LXXVII. Quoad secundum membrum distinguendum, utrum feudum novum, an antiquum, culpâ vasalli, an sine eâ amissum sit; sin culpâ, novum indistinctè domino aperitur sive in ipsummet dominum, sive in alium feloniam commissa, & filiis & agnatis exclusis, *arg. c. prima. §. deniq. 2. F. 24. C. vasalli. 2. F. 31. C. si de feudo. §. si vasallus culpam. 2. F. 26. Curt. p. 5. n. 2. & 9.* aded ut nihil referre dicamus, an feudum informe, ut vocant, i. e. simpliciter, an pro se & filiis, aut liberis acceptum sit, *Rosenth. c. 11. concl. 1. Dn. Ludvv. d. c. 18.*

LXXVIII. Posteriori casu, rursùm nonnulli distinguunt, utrum ob Clericatum, an imperfectionem feudum sit amissum; siquidem propter Clericatum, novum ad filios, *arg. C. miles. de vas. mil. qui arm. bell. dep. 2. F. 21.* & his demum deficientibus ad dominum, antiquum semper ad filios vel agnatos, sin ob imperfectionem, liberis remotis novum ad dominum, antiquum ad filios & agnatos pertinere. Atquin, quamvis sententia hæc ab æquitate non aded recedat, quoniam autem in jure feudali nullubi fundata, sive ob imperfectionem, sive ob clericatum beneficium amittatur, exclusis descendantibus, novum ad dominum, antiquum vel ad filios vel agnatos spectare defendendo antehac adseruimus, & adhuc asserimus.

LXXIX.

LXXIX. In antiquo limitamus ex *C. prima a. §. deniq.* 2. F. 24. Utrum culpa in ipsum dominum, an in alium commissa sit.

LXXX. Priori casu, per textum expressum in *d. c. prima & c. si quis in fin. pr. 2. F. 37.* feudum ad dominum pertinebit, idq; ratione filiorum, extra omnem disputationis pono aleam, ratione autem agnatorum, magnus inter Feudistas est conflictus.

LXXXI. Jacob. de Ardiz *c. 135.* hoc casu feudum excluso filio & agnatis, ad dominum redire: ita tamen existimat, ut post delinquentis mortem agnatis restituat; Cujusque vexillum arripiunt Cujac. *de feud. lib. 3. tit. 2.* Camer. *lib. 2. T. 45.* Thom. de Marin. *T. de feudo ex pacto & providentiâ.* Rosenth. *cap. 11. concl. 5.* Vultej. *de F. c. 11. n. 70.* & alii plures à d. Rosenth. d. loc. allegati.

LXXXII. Alii, inter quos etiam Clarus *§. feudum. q. 66. n. 3.* absolutè feudum ad agnatos pertinere volunt; Curt. Jun. *p. 5. n. 10.* Afflict. Schneidvv. Welenb. *de feud. c. 17. n. 2.* & hanc *arg. l. 22. C. de pæn. l. 74. ff. de R. I.* æquiores dicit Jacob. de S. Georg. *de feud. in verb. dictiq.* vasalli promiserunt, eamq; magis receptam & communem esse consuluit Menoch. *302. n. 12.*

LXXXIII. Hisce mordicus alleg. loc. contradicit Dn. Ludvv. putans; Si in ipsum dominum vasallus commiserit, tam agnatos, quàm filios excludi, & feudum liberè ad dominum reverti, penesque eum in perpetuum manere, *arg. C. prima. §. deniq.* 2. F. 24. *C. si quis. 2. F. 37.*

LXXXIV. Atquin, Ego priori sententiæ tanquam solidis rationibus subnixæ, & in discursu privato ab Excellentiss. Nobiliss. atq; Consultiss. Dn. D. Rebhan, spectabili juridicæ Facultatis h. t. Decano, Præceptore meo assiduo honoris & observantiæ cultu prosequendo mihi approbatæ, subscribo; nullusque dubito, quin omnis dispositio, secundum allegatam juris rationem intelligenda, & juxta eam vel extendenda, vel restringenda sit; *arg. l. Pactum ejus. ff. de hered. instit. l. 9. ff. de remil. l. 77. §. dulcissimi. ff. de leg. 2. l. 6. §. quamvis. ff. de jur. patr.* Atqui in *d. §. deniq.* ut feudum ob delictum vasalli in personam domini commissum ad dominum revertatur, hæc redditur ratio, ut injuriæ suæ saltem ultionem habeat: quæ ratio in agnatis minimè procedit, quia hi dominum nullâ affecerunt injuriâ, & eaptopter etiam nulla in-

E

juriæ

juris compensatio ab eis exigere potest, proinde cum in agnatis allegata ratio non militet, nec ullius capituli juris decisio militare poterit, consequenter in eo tantum dispositum erit, ut feudum usque ad vitam vasalli penes dominum maneat, post ejus autem mortem ad agnatos transeat; approbat hoc etiam in d. § particula SALTEM. Hujus enim natura est, ut immineat ea, quæ dicuntur, l. 1. C. de emend. propinq. & c. cum feudum. 2. F. 78. C. vasallus. 2. F. 98. quæ capitula, licet extraordinaria, quatenus tamen ordinariis non contradicunt, auctoritatem & vigorem habere, nullus negabit. Dein quod in dubio ea sententia amplectenda, quæ magis æquitati correspondet, & à rigore discedit, arg. decantata l. placuit. C. de judic. l. 90. l. 192. §. 1. de R. I. l. 38. ff. de min. l. 8. ff. Quæ in fr. cred. & c. præsertim si in naturali ratione fundata; Obrecht. d. loc. qui dissentientium argumenta satis solidè refellit.

LXXXV. Posteriori casu, feudum excluso domino, C. prima. §. ult. & C. si quis. 2. F. 37. & delinquentis filiis; C. si de feudo. §. si vasallus culpam. 2. F. 26. c. vasalli. in verb. ad id nullatenus adspirabit. 2. F. 31. proximioribus agnatis ita aperitur, ut mortem delinquentis exspectare non teneantur, Curt. Jun. p. 5. n. ro. Dn. Ludvv. d. c. 18.

LXXXVI. Neque hinc Jacob. de S. Georg. Curt. aliisque ad stipulamur, dicentibus: feudum duntaxat ad agnatos, qui in quarto, vel ulteriori agnationis gradu vasallo sunt conjuncti, cæteris exclusis, pertinere; satis enim clarè contrarium docet per sepe d. c. prima. §. ult. 2. F. 24. C. si quis. 2. F. 37. Nec quicquam reluctatur C. si de feudo. §. si vasallus culpam. 2. F. 26. & c. vasalli. 2. F. 31. loquuntur enim non de novo, sed veteri jure; Fach. lib. 7. contr. c. 21. Dn. Ludvv. d. loc.

LXXXVII. Circa fructus rursùm distinguendum, utrum feudum culpâ, an sine eâ extinctum vel amissum, posteriori hoc casu, varii variè dissentiunt.

LXXXVIII. Bachovius ad Tr. vol. 1. D. 16. th. 9. lit. D. Fructus omnes pendentes, quocumque etiam tempore vasallus mortuus fuerit, domino attribuit, ut latius inibi est videre. Cujac. arg. l. 7. ff. sol. matrim. l. 78. ff. de jur. dot. fructus ultimi anni pro rata temporis inter dominum & hæredes vasalli dividendos autumat,

lib. 4.

lib. 4. F. T. 30. & hanc sententiam æquitatem sapere testatur nobiliss. Dn. Bach. d. loc.

LXXXIX. Andr. de Ifern. Tr. vol. 1. D. 16. th. 9. Fachin. 7. contr. 95. Schnobel. d. 10. th. 32. cum communi Feudistarum schola ex c. domino. §. his consequenter. 2. F. 28. distinguunt; ut si vasallus ante Calendas Martias moriatur, omnes illius anni fructus domino cedere debeant, si post Calendas Martias, usque ad Augustum completum vasalli hæredum esse; si verò post Augustum rursùm ad dominum pertinere, adde hujus distinctionis rationem satis clarè adducentem Dn. Ludvv. cit. loc. Sed an idem in fructibus civilibus, videlicet annuis pensionibus obtineat, majoris est considerationis.

XC. Fachinæus lib. 7. c. 96. Gothofr. Anton. de feud. disp. 12. th. 7. arg. decantatæ l. cedere. 213. ff. de V. S. l. 7. §. 9. ff. sol. marr. decidunt negativè, quibus adstipulatur Vultej. 1. F. II. n. III. Contra Bald. in d. c. domino. §. his consequenter. Hartm. Pistor. Dn. Ludvv. c. 18. p. 495. quorum sententiam licet hæcenus & ego defenderim, nunc autem an negantium vexillum tutius sit, tentabo. Quid juris hoc casu in usufructu pereleganter alleg. loc. tractat Dn. Bach. ad quem brevitatis amore Lectorem remitto.

XCI. Priori casu omnes pendentes, unà cum ipso feudo ad dominum vel agnatos pertinebunt, l. 44. ff. de R. V. §. et si. l. ff. de offic. jud. l. 5. l. 22. C. de R. V. l. 52. ff. de per. hered. Rosenth. Schrad. Rittersh. c. 6. q. 36. de perceptis à tempore culpæ commissæ dubitatur; Atquin, cum non ipso jure ob culpam commissam; sed demum per sententiam vasallus feudo priveretur, & ante eam in bonâ fide sit, perceptos non à tempore culpæ commissæ; sed sententiæ privationis latæ, domino vel agnatis restituet. Fach. l. 6. c. 44. ante feloniam perceptos & consumptos, pleno jure, aded ut non observetur, utrum locupletior factus, ut in petitione hæreditatis, l. 20. 40. ff. de per. hered. sed irrevocabiliter suos faciet.

XCII. Ratione impensarum & meliorationum itidem distingui solet, utrum sine culpâ an culpâ feudum amittatur; posteriori hoc casu, nullas meliorationes, nullas impensas, utcunq; magni precii sint à vasallo ejusque hæredibus recuperari, uno ore tradere interpretes asserit Hartm. Pistor. lib. 2. p. 2. q. 42. num. 29.



cum quo conveniunt Dn. Rittershuf. c. 6. q. 38. Rosenth. c. 10. concl. 43. Jul. Clar. §. feudum. q. 88. n. 1. Verùm quoad impensas, quæ salvâ feudi substantiâ divelli possunt, earum tympanum absolutè non sequor; nam si omnis m. f. possessor omnes impensas necessarias deducit, l. planè. 38. ff. de hered. pet. l. 5. C. de R. V. l. pen. ff. loc. Ecquis diceret vasallum non posse deducere necessarias impensas. Deinde si impensas post feloniam commissam factas miles retinere potest, ut statuunt arg. d. l. 5. C. de R. V. Feudistæ communiter, quare & ante feloniam factas retinere non possit, Ego nullus intelligo, vide etiam Fach. lib. 7. c. 9. Dn. Ludvv. cit. l.

XCIII. Sin absque culpâ beneficium amissum rursùm observandum, an incrementum ex vasalli factò, veluti si domum, stabulum, molendinum ædificaverit, an sine eo accesserit, ut sit per alluvionem. §. prætereà. Inst. de R. D. illo casu meliorationes & impensæ deducuntur, adeò ut non attendatur, utrum res extet, an sine culpa vasalli, incendio fortè, vel alio casu fortuito perierit, modò utiliter extructa vel resecta; arg. l. 4. in verb. itaq; si fulserit insulam ruentem, eaq; exusta sit impensas consequitur. ff. de impens. in res dot. fact. l. 38. ff. de pet. hered. Tiraq. de retr. conv. §. 1. n. 10. limitationem tamen vide apud Gothofr. Anton. d. D. 10. th. 7

XCIV. Sicque militem ab impensarum repetitione non excludimus, si in investitura dicatur: ut vasallus has vel illas faciat meliorationes, vel feudum dari ad meliorandum; nisi aliunde aliud appareat; l. 5. §. 1. ff. loc. frustra Matth. de Afflict. contradicente.

XCV. Ratione autem impensarum in fructus, qui domino vel agnatis acquiruntur, factarum quodammodo controversatur; Affirmantium parti auxilium præstat, l. 7. ff. solut. matr. ubi Ulpianus: fructus eos esse constat, qui deducta impensa supererunt. l. 51. ff. Famil. ercisc. Schrad. p. 7. c. 3. n. 14. Rosenth. c. 10. q. 42. n. 66. Coler. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 300. nisi conventum, ut feudo finito impensæ & meliorationes refundi & deduci non debeant; l. 1. §. 6. ff. depos.

XCVI. Quid si jurisdictio castro feudali à vasallo acquisita fuerit? Sunt qui eam domino, inter quos testante Dn. Ludvv. Berous, argumento à servitute ex §. è contrariò. 2. F. 8. desumpto, adjudicent; sed meritò hisce clypeum objicit Bald. ad d. §. è contrariò.

contrariò. n. 4. Rittersh. c. 6. q. 43. Fach. lib. 7. c. 89. Est enim jurisdictio quid separatū ab ipso castro, & quod per se subsistere potest, ideoq; feudo non accrescit; Clar. §. *feudum. q. 88.* De lapidicinis & auri, & argenti, & sulphuris, & æris, & ferri, & ceterarum fodinis, magna inter Dd. est disceptatio; Arbitror, si sunt perpetuæ, impenfas maximè recuperari; *l. æquissimum. 13. §. inde est questum. ff. de usufr. l. fin. ff. de fund. dot.* Rosenth, c. 5. *concl. 91.*

XCVII. In passu, quo sine vasalli factō & industriâ feudo quid accesserit, inter incrementum discretum & latens, & illud domino directo, hoc vasallo acquiri, ut cit. loc. docet Clar. multi distinguunt; qui tamen dictam distinctionem meritò improbat, putatq; omne incrementum sine vasalli industriâ rei feudali accedens respectu proprietatis ad dominum pertinere, c. *domino. 24. F. 40.* cujusque suffragium sequitur Dn. Ludvv. *cit. loc. add. Grot. de I. B. & P. lib. 2. c. 8. n. 15. & 16.*

XCVIII. Quomodo autem vasalli hæredibus in impensis petendis succurratur aliquantò intricatior est quæstio? Nos, cum agnati vel dominus in feudi possessionem devenerint, vel negot. gest. actionem, arg. §. *si vasallus. Hic finitur lex junct. l. 6. §. 3. ff. de negot. gest.* vel conditionem ex moribus, intrepidè cum Rosenth, c. 10. *concl. 43.* sin autem vasalli hæredes adhuc possideant, exceptionem doli mali & retentionis jus, contra quemvis etiam extraneum competere asserimus, *l. 33. ff. de cond. indeb. l. 14. ff. de except. dol.* & hoc non tantum in sumptibus liquidis, sed & iis, ad quorum liquidationem se hæredes offerunt, obtinebit Paul. *Cast. cons. 270. n. 2. lib. 2.*

XCIX. Demum & illud hic noto, esse nonnullos, tradentes; ratione impensarum in refectionem feudi factarum, vasalli hæredibus jus tacitæ hypothecæ competere; Quod tamen cum textus feudalis deficiat, ego nullus adsero, atq; Deo cum bono, portu jam viso vela heic contraho, omnia & candido & recto iudicio submitto (sin minus rectè apteq; uti decuit, à prope- rante calamo traditum fuerit, & emendandi & rejiciendi semper mihi jus est) & thesin in gratiam Generosi, Nobilissimorum, clarissimorum atque doctissimorum Dnn. Opponentium hanc propono.

C. Quic-

C. Quicquid est in toto Jure Feudali,
pono pro thesi.


S. D. G!


In weiser Mensch soll billich alles wissen/
So wohl was recht/als unrecht sey gethan:
Nicht/ daß er sich auff dieses je beflissen/
Nur/ daß hievor er andre warnen kan.
Du willst uns auch ein Schelmenstückgen weisen/
Und dieses soll dein Meisterstück seyn.
Wie kompt es denn? Wir müssen dich doch preisen/
Wir schreiben dir dein Lob in Marmor ein.
Sahr nur so fort/ wie du hast angefangen/
Mein Himmelreich/ die Prob ist dir gelükte:
Wer so/ wie du/ den Schelmen angehangen/
Dem wird mit Ruhm der Purpur zugeschickte.

Seinem hochwehren Tisch, und brüderlichen Freunde
schrieb dieses zu sonderbähren Ehren

Gottfried Putschler/ J.U. Daus.

F I N I S.





00 A 6376


ULB Halle 3
002 916 72X




Sb.

WMA







2. D. B. V!
INAUGURALIS
DE FELONIA,

Germanis
Ein Schelmenstück.

CVM ANNEXA THESI GENERALI,
DISPUTATIO,

QVAM
D. T. O. M.

Auxiliante ac presidente
EX DECRETO ET AUTHORITY
MAGNIFICI, NOBILISSIMI,
AMPLISSIMIQUE JURISCONSULTORUM
ORDINIS IN CELEBERRIMA ARGEN-
TORATENSIVM UNIVER-
SITATE,

*Pro summis in utroq; Jure Honoribus ac Privilegiis
Doctoratibus ritè legitimeq; consequendis.*

publicè examinandam proponit
JOHANNES THEODORUS HIMMELREICH,
è Westphalis Dortmundanus.

Ad diem Octobr. horis locog; consuetis.

ARGENTORATI,

Typis FRIDERICI SPOOR,
ANNO M. DC. LXI. ✓

70

